& minus pestilens:inde multitudine hoium fere cæteras orbis partes superauit. authores sunt Diodorus:& Iosephus. Confirmatus.liberatus:curatus. Imperat uoci.nitiť supra uires enunciare. Tussicula.parua:& modica tussi. Veteris infirmitatis.reiectionis sanguinis. Prædia.quæstio est fondus a possessione uel agro uel prædio quid distet:fondus est oẽ qcqd solo continẽť.ager est species fondi:quæ ad usum hoīs cōparatur.possessio ab agro iuris proprietate distat:quicquid.n.appræhendimus:cuius proprietas ad nos nō ꝑtinet:hoc possessioné appellamus:possessio ergo usus est:ager proprietas loci est:ꝑdium utriusq; suprascriptæ rei generale nomen est:nam:& ager:& possessio huius appellationis species sunt.hæc Modestinus:& præter eum Asconius prædia īquit sūt res ipsæ.prædes homines idest fideiussores:quorum res:bona:prædia non uno nomine dicuntur.Iustinianus in Inst.prædia omnia ædificia urbana appellamus:& si in uilla ædificata sunt. Foroiulii.Foroiulie\u0303ses cognomine Contubienses locat Plini. in sexta Italiæ regione:quæ Vmbriam:& agrum gallicum circa Ariminum complectitur:de quibus nunc loquitur Secundus scio tamé Strabonem nauale Cæsaris Augusti:quod Forumiulii uocant posuisse inter Olbiam & Antipolim:ut distet a Massilia stad.sex milib⁹:& Ptolemæum Forūiulii in Histria:sed diuersa oppida eodem nomine appellata quis nescit?nam:& Pli. Forumiulii in Hispania refert. Lac.tussi per hyemem locis maritimis:per æstatem locis mediterraneis opus est. tussiétem minime op3 lectione uti uehemẽti: ut ilis in tussi peregrinatio est: cibus ut lac in allio coctū.magis terreri pōt aliqs cū sanguinẽ expuit:sed id mō min⁹:mō pl⁹ piculi hẽt: exit.n.mō ex gingiuis:mō ex ore:& copiose:nonnunquam autem is a summis faucibus fertur:aut ore uenæ alicuius adaperto: aut tuberculis quibusdam natis:& ex his sanguine erumpente:aliquando gutture:& arteriis exulceratis frequens tussis sāguinem extundit.interdum etiam fieri solet:ut aut ex pulmone: aut ex pectore:aut ex latere:aut ex iocinore feratur.pꝛæter a Celso prædicta:Plini.ad exulcerationem stomachi lactis asinini potus item bubuli plurimum prodest. lege plura libro.xxvi.capi.v.&.xxviii. capi.x.apud eundem. Necessitates ualitudinis.quæ necessaria sunt ualitudinario. Restringat.amputet.minores faciat idest abstineat a necessariis. Ego.sensus est.dabo ei tantum nummorum quátum opus erit in uia:nam domi tuæ nihil opus erit:ergo nihil ulterius addam.

Fondus
Possessio
Ager
Prædiū
Forūiulii
Tussi remedia

firmatus rediit nuper. Deinde dum per continuos dies imperat uoci ueteris infirmitatis tussiculã admonetur: rursus sanguinem reddidit: qua ex causa destinaui eum mittere in prædia tua:q̃ Foroiulii possides. Audiui enim te sæpe referentem esse ibi aerem salubrem:& lac eiusmodi curatiōibus accommodatissimum. Rogo ergo scribas tuis:ut illi uilla:illi domus pateat: offerant ét sumptibus eius:si quod opus erit: erit autem opus modico. est enim parcus:& continens: ut non solum delitias:uerum etiam necessitates ualitudinis frugalitate restringat. Ego proficiscenti tātū uiatici dabo:q̃tū sufficit:& eunti i rura tua.

C. Plinius Vrso. S.

Terum Bithyni post breue tempus a Iulio Basso:ét Rusum Varenum ꝓcōsulé detulerunt: Varenū:quem aduersus Bassum aduocatū:& postularãt:& acceperát. inducti in Senatū īqsitioné postulauerūt. Tū Varenus petit: ut sibi quoq; defensiōis cã euocare testes liceret

Terum.accusauerant Bithyni Iulium Bassum repetundarum:qui in ea prouincia proconsulatum gesserat:contra qué a senatu ipetrauerant aduocatum Rufum Varenum:is postea fortitus eandé ꝓuinciá reperundaꝝ pariter re⁹ fit.pro Vareno ægit Secundus:cui cōtradixit Fōteius græcus hō.concessa est Bithynis inquisitio:& Vareno postulatio. A Iulio Basso. lib.iiii. legimus Iulium Bassum reū fuisse repetundaꝝ sub Traiano q̃ prouinciá Bithyniam expillasset:sed illic scriptum:Pomponium Rufum aduersus Bassum ægisse:nunc uero Rufum Varenū:nisi mallimus intelligere appellatū Pōponium Rufu3 Varenum. A Iulio Basso.post accusationé Iulii Bassi. Detulerunt. accusauerunt:apud senatum. Proconsulem.Bithyniæ. Varenum.dico illum Varenum:nam erant in urbe alii eiusdem appellatiōis: & repetitio talis reficit auditorem:& magis rem declarat. Acceperant. impetrauerant a senatu:a quo diximus aduocatos peti solitos. Inquisitionem.inquisitio est alicuius criminis manifesti salté per famá ex bono:& equo iudicis cōpetentis facta inuestigatio:nam cum in ius uéntum erat dicebat accusator reo:q̃ iniuriam prouincialibus fecerat:si tacuisset lis ei æstimabať ut uictor: si negasset:petebat accusator a magſatu dies inquirendoꝝ criminum. Euocare testes.e ꝓuincia testes in ré suá uocare:& expectádū donec in urbem uenirent.in rem nřam faciunt Taciti uerba ex libro.xiii. Pomponium inqt Syluanū magna uis accusatoꝝ circumsteterat:poscebatq; tempus euocandorum testium ex Africa ꝓuincia:ubi ꝓconsulare imperium habuerat:sed illico defendi postulabat:ualuitq; pecuniosa orbitate:& senecta:sed sicuti fauore:& gratia quorūdá Syluanus obtinuerat statim ꝓnunciari;

Inqsitio

ita iure Varenus impetrauit ut posset euocare testes. Recusantibus.nollentibus ut euocaret testes contra obiecta crimina. Cognitio.discussio:examinatio.Suscepta.a senatu. Aegi.dixi causam. Euentu. bono:& malo.nam:& Vareno concessum est testes euocare:& Bithynis data fuit inquisitio. Fortuna dominatur.domina est:& plurimum potest.Fortūæ oia Tullus rex ascripsit.exoculata ab Apuleio dr:nā uaga:inconstans:incerta:uaria:indignorumq; fautrix:huic omnia expensa:huic omnia ferūtur accepta: sola laudatur:sola arguitur:& in tota ratione mortaliū sola utranq; paginā facit.μηΧεναvευτυΧισ. idest nihil sine fortuna dixit Pausanias in primo:& Salustius. sed profecto fortuna in omni re domiatur:historici autem plurimum in bello posset tradiderūt. Vtrāque.accusatoris:& rei. Commendationis.laudis in actionibus. Memoria.si mala fuerit:detrahit:si tenax affert. Temp⁹. si in opportunum. Amor rei.causa:quæ agitur an grata iudicibus.quare non absurde Cæsar apud Salustium suam orationem sic orditur omnes homines patrescōscripti:qui de rebus dubiis consultant ab odio:amicicia:ira.atque misericordia uacuos esse decet. Liber.oratio mea quæ nullis affectibus tangitur:nulla etiam fortuna mouetur:siue bona:siue mala. Fonteius Magius.aduocatus græcus a Bithynis in senatum ductus:cu⁹ fit mentio ab eodem libro septimo. Plurimis uerbis. paucissimis rebus.secutus est Ciceronem in oratore dicentem. uerbi cōtrouersia tā diu torquet homines græculos contentionis cupidiores:q̄ ueritatis:& declaris oratoribus:asiaticis quibusdam oratoribus fuit genus orationis non tam sententiis frequentatum:q̄ uerbis uolucre:ut Aeschilo Gnidio ac Milesio Aeschini:quibus erat admirabilis orationis cursus:erudita sententiarum concinnitas non erat.neque inscitia illius:cui res non supperant:uerba non desint:laudanda est: quorum si alterum sit optandum:mallim equidem indisertam prudentiam:q̄ stultam loquacitatem. Volubilitas. sermo rotatus:facilis circumductio:currens oratio. Periodos.in lectione.plena sententia periodus dicitur:cuius partes sunt commata:& cola:fit autem in extrema clausula:nec longior esse debet:q̄ ut uno spiritu proferatur:modum eius Cicero quattuor senariis pedibus terminauit:unde libro nono Secundus data opera longiorem periodum fecit : ut ostenderet se Tacito inferiorem : nonnulli duo illius genera esse dicunt : unum simplex cum sensus unius longiore ambitu circumducitur : alterum q̄ constat ex membris siue incisis : quod plures sensus habet.ut: aderat ianitor carceris : carnifex prætoris.adhæc Fabius sic distinguit . at illa connexa series tres habet formas: incisa: quæ commata dicuntur : membra : quæ cola:periodon : quæ est uel ambitus uel circumductum:uel continuatio:uel conclusio:nam M.Tullius periodo plurima nomina dat:ambitum:circuitum:compræhensionem:continuationem:circumscriptionem. Frigidas.sine neruis:quibus si strepitum dempseris nihil boni restabit : uel rigidas. duras. Vno spiritu.quo periodon compræhendi præcipit.M.Tullius. Contorquent. iaculantur tanq̄ telum aliquod in aduersarium.sic Iuuenalis de enthymemate:& curtum sermone rotato Torqueat enthymema. Iulius Candidus.Iulius Vespronius Candidus:qui consulatum cum Quadrato gessit quo tempore Adrianus tribunatum.pl.hic postea missus est Iulius a senatu legatus ad Septimiū Seuerum: qui in Syria cum exercitibus:quibus præerat a Iulio desciuerat.erat autem Candidus uetus consularis olim militibus inuisus ob duꝛ:& sordidum imperium:candidi uxorem tanq̄ adulterā poeta Martialis epigrāmate momordit.Iulio Candido rescripsisset diuū Pium memorat Vlp.ff.xlviii.titulo de accusationibus. Nō inuenuste.elegāter:urbane:scite. Aliud esse eloquentiā:aliud loquentiam. Valerium probum grammaticum illustrem refert Gellius salustianum illud ex Catilinario satis eloquentiæ:sapiētiæ paꝝ:breui anteq̄ decederet:sic legere cœpisse:& sic a Sal.relictū affirmasse:satis loquētiæ:parum sapiētiæ:q; eloquentia cum insipiētia minime conueniret:nam alibi idē Salustius dixerat:loquax magis q̄ facundus. Eloquētia.ornatus uerboꝝ sententiarūq; cum prudentia.is.n.eloquens est:qui cum sapiētia dicit humilia subtiliter:& magna grauiter:& mediocria temperate.nā cū orator sit uir bonus dicēdi peritus:īpossibile est eū esse oratorem:qui imprudenter dicit. Alteri.duobus contigit.possumus intelligere Demosthenē:& Cic. Non sumus Antonii.M.Tullius primo de oratore refert.M.Antonium cui uel primas eloquentiæ partes superiorum tribuerat ætas uiꝝ natura peracutum:& prudentem in eo libro:

recusantibus Bithynis cognitio suscepta est.ægi pro Vareno non sine euentu:nam bene:an male liber indicabit.In actionibus enim utranq; ī partem fortuna dominatur.Multum cōmendatiōis & detrahit:& affert memoria:uox:gestus:tēpus ipsum.postremo uel amor:uel odiū rei.libet offensis:liber gr̄a:& secūdis casibus:& aduersis caret.respondit mihi Fonteius Magius unus ex Bithynis plurimis uerbis:paucissimis rebus. mos est plærisq; græcorum:ut sit illis pro copia uolubilitas:tam longas:tāq; frigidas piodos uno spiritu quasi torrente contorquent.itaq; Iulius Cādidus nō inuenuste solet dicere:aliud esse eloqn̄tiam:aliud loquentiam.nam eloquentia uix uni aut alteri:iam non sumus Antonii:ut credamus

Fortuna dn̄atur

Fonteius Magius

Græcoꝝ loquētia

Periodus

Iulius Vespro. Cādidus

Eloquentiā Loqn̄tia

quem unum reliquit disertos se uidisse multos:eloquētem oino neminem.insidebat uidelicet in ei⁹ mē te species eloquentiæ:quam cernebat aio:re ipsa non uidebat.uir autē acerrimo ingenio(sic.n.fuit)mul ta:& in se:& in aliis desiderans neminē plane:qui recte appellari eloquens:posset uidebat.eū uero statue bat disertum:qui posset satis acute atq; dilucide apud mediocres hoies ex cōmuni quadam opione ho minum mirabiliter dicere:sed eloquentē:qui mirabilius:& magnificentius augere posset: atq; ornare q̄ uellet:oēsq; oium rerum:quæ ad discendum pertinerent fontes animo ac memoria contineret. uerum Secundus fatetur non esse eius sententiæ cuius Antonius:ut putet neminem eloq̄n tem:nam inquit non sumus Antonii. — Disertus

nemini.hæc uero quam Candidus loquentiam: appellat:multis:atq; etiam impudentissimo cui q; maxime contingit.Postero die dixit pro Vare no Homolus callide:acriter:culte:cōtra Nigri nus presse:grauiter:ornate.censuit Acilius Ru fus cos.des.inquisitionem Bithynis dandam:po stulationem Vareni silentio præteriit. hæc for ma negandi fuit.Cornelius Priscus actoribus q̄ petebant:& reo tribuit:uicitq; numero.Impetra uimus rem negligēter compræhensam: nec satis subsistentem:iustam tamen:quare iustam nō sum epistola executurus:ut desideres actionem.nam si uerum est Homericum illud. τωουτι χρημυσον οφελλειν.apud te prouidendum est mihi:ne gra tiam nouitatis:& florem:quæ oratiunculam illā uel maxime commendant:epistolæ loquacitate perdam. Vale.

C.Plinius Rufo.S.

Escenderam in Basilicā Iuliam auditu rus:quibus proxima cōperendinatione

Nemini.contigisse eloquentiam. Lo quentiam.disertam facūdiam sine prudē tia. Impudētissimo cuiq;.quid.n.tam fu riosum q̄ uerborum uel optimorum atq; ornatissimoꝝ sonitus inanis:nulla subie cta sententia:nec interdū scientia: uideas quosdā scatere uerbis sine ullo iudicii ne gocio cum securitate multa:& profunda: ut loquentes plærunq; uideant loqui sese nescire:quare Thersiti audacissimo uerba αμετρα Homer⁹ attribuit:& Eupolis ue tus poeta consignatissime id genus homi num rettulit. λαλειν αριστος:αδυνατωτατος λεγειν.i.blatterare optimus:dice re ineptissim⁹.hæc sumpta partim ex ora tore.M.T.partiꝫ a Gellio.addo Euripidē in Hippolyto malos dicere populo uideri eloquētiores.οι γαρ εν σοφοις φαυλοι παρ οχλω μουσικωτεροι λεγειν. Calide.astute. Acriter. intense. δεινως. Culte.uerbis ornatis. Contra.Homu lum dixit. Presse.emuncte:stricte. For ma modus.scilicet nullam mentionem fa cere ut Vareno liceret testes euocare. Cor.Priscus.consulum designatorum unus apud quem Secundus luxit obitum Valerii Martialis. Actoribus.accusatoribus Bithynis. Quæ petebant.inquisitionem. Reo.Vareno facultatem testi um euocandorum. Vicit numero. sentētia Prisci comprobata est a maiori senatorum parte. Rem.ut liceret testes euocare. Cōprahensam.approbatam:intellectam a senatoribus. Subsistentem. probabilem. Iustam tn̄.consistentē:nam erant personæ:& res notæ:ergo causa cōsistebat:sed uix subsi stētem dixit:q̄a ex altera parte rōnes erant ualidiores ad faciendam fidem:q; optime Hermogenes:& eū secutus Fortunatianus in primo rhetoricoꝝ tractant. Executurus.dicturus. Actionem.orationē quā pro Vareno dixi. τῶ:ουτι χρημυσον οφελλειν.iccirco:nullo modo oportet sermonem augere.uer ba Patrocli ad Merionem ex.xvi.Iliados. Nouitatis gratiam.quia noua magis placēt. Florem.muste um decorem.illibatam lectionem:pulchritudinem. Quæ.duo. Loquacitate.si summā totius oratio nis longa epistola comprahenderem. Perdam.nam non tanq̄ nouam legeres illam.

DEscenderam:dicturi erant aduocati apud centumuiros:ad quos audiendos Secundus conue nerat:sed Licinius Nepos iudicia soluit edicto monens ut senatusconsultum seruaretur:quo cauebatur:ne quis ante actionem pecuniam acciperet uel pacisceretur: quod Nepotis factū a quibusdam reprahendebatur:ab aliis laudabatur. Descenderam.ab Aesquiliis loco edi to ubi domum habuit. Basilicam Iuliam.in qua iudicia publica : & priuata conficiebantur. relege a nobis prænotata. Proxima comperendinatione.actione:quam primum eram acturus.comperen dinatio enim utriusque partis actio.secundum alios comperendinatio.est secunda actio.item compe rendinatio est ab utrisque litigatoribus inuicem sibi denunciatio in perendinum diem : nanque cum in rem aliquam agerent litigatores:& pœna se sacramenti peterent:poscebant iudicem:qui dabat post trigesimum diem : quo dato : deinde inter se comperendinum diem denunciabant:ut ad iudicium ue nirent:quo cum esset uentum antequam causa ageretur:quasi per indicem rem exponebant:quod ip sum dicebatur causæ coniectio:quasi causæ suæ in breue coactio:secundū alios inter cōperēdinatiōem & ampliationē hoc interest:q; cōperēdinatio ex una tātū repetitur parte:cum ante iudex nō intelligeret ut oino suadebat.iudices si bona cā absoluebant eam:si mala nō statim dānabant.sed hac excusatione

Cōperendinatio

Causæ cōiectio

parcebant:nam cum condemnandi nota esset.ɵ.littera.K.absoluendi:ampliandi signum.N.L.ꝙ signifi-
Amplia-tio cabat non liquere:inde ampliatio nascebatur.hæc Asconius.Tacitus comperendinationes liberas olim:
fuisse memorat.postra restrictæ sunt legibus:nam tertia actione inquit Cicero : ut his ludorum diebus
interpositis nemo istum comperendinatum:iudicaret.adimo enim comperendinatum : ꝙ habet lex in
se molestissimum bis ut causa dicatur:uerum ut opinor Glaucia primus tulit:ut comperendinaretur
reus.antea uel iudicari primo poterant:uel amplius pronunciari:alibi Secūdus dixerat. leges tot horas:
tot dies:tot comperendinationes largiun-
tur. Iudices.forte ducti. Cētumuiri nu
mero centum octuaginta:tot enim quat-
tuor tribunalibus scribebantur. Obuer-
sabantur aduocati.simul aderant aduoca
ti:legitur etiam obseruabātur scilicet ab
aduocatis:& auditoribus. centumuiri ue-
Obserua-re netabantur:nam obseruatio ad honorē
refert:& in duabus rebus est:aut obsequio:
aut speculando,alias obseruatio est calli-
da:& diligens annotatio.deinde sequitur.
Aduocatis silentium longum.scilicet fu
it donec prætor adueniret. Nuncius.ad-
uenit.dissolutio.exornatio:quæ coniun-
ctionibus uerborū e medio sublatis:par-
tibus separatis effertur. Eximitur dies.
interdictum est eo die litibus : ut iudiciis
uacarent:sic enim diē credit eximi: cum
iustitium indicitur:& iura silent. Paratꝰ.
ad dicendum. Morer.desistam a causis
agendis. Nepos.Licinius Nepos. Legi-
bus quærit.secundum leges cognoscit:nā
ius cognoscēdi authore Pediano erat apđ
prætorem:& Paulus de regulis iuris inqt
ubicūqꝫ causæ cognitio est:ibi prætor de-
sideratur:iudicandi uero ius apud equites
fuit.prætor autem urbanus iuridicundo
præerat:& in potestate habebat omnium
Edictū iudicum tabellas. Edictum.edicta præto
ris sunt:dictatorꝫ etiam : imperatorumqꝫ
authore Dionysio in suis antiquitatibus:
& Lampridio historico:adhæc Secūdo di-
cente edictū Augusti:& Traiani:& Martiale Domitiani.edicimus enim quod iubemus.& uni generi edi
cimus:secundum Donatum: & præcepta præceptionesqꝫ iustorum:& iniustorum romani edicta uocāt:
Interdi-ctum ut quidam scribunt.propter eam:quæ tunc fiebat:dictionem:in qua diffinitione complectuntur inter-
dicta:quibus uetatur aliquid fieri. Senatusconsulto.quod supra principis librum dixerat : decretum
a senatoribus referente Traiano. Suberat. subscriptum fuerat. Senatusconsultum , quo reduce-
batur ne quis ob causam orandam pecuniam acciperet. Negocium.causam:litem. Agere.ante litem
contestatam iurare cogebantur. Cauisse.aliqua cautela prouidisse ut aduocatus pecuniam haberet.
His.prædictis. Mile.aliis innumeris. Venire.uendi ab aduocatis. Emi.a litigantibus. Peractis ne-
gociis.finitis controuersiis. Decem milium.secutus est Nepos exemplum Claudii:quem legimus apud
Tacitum posuisse modum aduocatis pecuniæ capiendæ usqꝫ ad dena sextertia:idem enim quod decem
milia nummum.quæ egressi repetundarum tenerentur. Qui centumuiralibus præsidet. decem enim
& octo prætores fuisse in urbe alibi probauimus:centumuiralibus igiť causis unus præerat. Delibe-
raturus.spacium ad deliberandū sumpturus. Sequeretur exemplum.faceret idem quod Nepos. Inopi
natū ocium.insperatam ab agendo uacationem. Carpitur. quibusdam tanq̄ nimis seuerum a nōnullis
lacerať. Laudatur.a plærisqꝫ tanquā honestum:& utile:nam ut in senatu:ita in ciuitate hominū iudi
cia diuisa sunt. Cuncta.corrigerent.uniuersum edictum repræhenderent:& arbitrarentur permitten-
dum unicuiqꝫ dare:& accipere pro aduocatione quantū libuisset. Quid.dicentes. Prætores seueri.q̄
si hoc fuisset faciundum ipsi prius fecissent. Hic est.amara ironia:perinde ac si dicerent num Cato?nū
Fabritius?num Fabius? Contra. dicunt:laudantes Nepotis factum. Inituturus magistratum. gesturus
prætoris officium:ex quibꝰ apparet in præcedentibus emendate legi:Nepotem prætorem designatum.

respondere debeam.sedebant iudices:Centumui
ri uenerant:obuersabantur aduocati : silentium
longum.tandem a Prætore nuncius.dimittun-
tur centumuiri.eximitur dies me gaudente: qui
nunquam ita paratus sum:ut non morer causa di
lationis.Nepos prætor des.qui legibus quærit:
proposuerat breue edictum:admonebat accusa
tores:admonebat reos executurum se quę.S.C.
continerentur.Suberat edicto Senatusconsultū
hoc.Omnes:quisquis negocium haberet:iurare
prius:q̄ agere iubebantur:nihil se ob aduocatio
nem cuiquam dedisse:promisisse:cauisse: his enī
uerbis:ac mile præterea:& uenire aduocatiōes:
& emi uetabatur: peractis tamen negociis per-
mittebat pecuniam dumtaxat .x. milium dare.
hoc facto Nepotis commotus prætor : qui cen
tumuiralibus præsidet deliberaturus:an sequere
tur exemplum:inopinatum nobis ocium dedit:
interim tota ciuitate Nepotis edictum carpitur:
laudatur.multos inuenimus:qui cuncta corri-
gerent:quid ante hunc prætores non fuerunt?
Quis autem hic est?qui emendat publicos mo
res?alii cōtra:rectissime fecit inituturus magr̄atū

Iura recognouit.Pomponius Iurifconfultus afferit prætoré habuiffe facultaté adiuuandi uel fupplendi uel corrigédi ius ciuile. Nouiffimas.imenfas:ultra modű. Turpiffime.p quæftű ná accufatoriá uitaʒ uiuere:& ad defendédos reos pmio duci ,pximű latrocinio eft.pacifcédi qdé ille pyraticus mos:& iponé tiű piculis pcia:,pcul abomináda negociatio:ét a mediocriter iprobis abierit. Ré pulcherrimá.pcini um.orádi maieftaté:qua nihil dii imortales melius hoi dederűt:& qua remota muta funt oia.illa nihil i urbe uel ad utilitaté fructuofius:uel ad dignitaté amplius:uel ad urbis famá pulchrius:uel totius iperii Eloquentia

Iura recognouit:Senatufcőfulta legit: reprimit nouiffimaf pactiones:ré pulcherrimá turpiffime uenire nő patit.talef ubiq; fermões:qui tń alterutram in parté ex euétu preualebűt.Eft omnino iniquű:fed ufu receptű:ꝙ honefta cőfilia:uel turpia ,put male:aut ,pfpere cedűt:ita uel ,pcedűt: uel reprahendunt.Inde plærűq; eadé facta:mő libertatis:mő furoris:nomen accipiunt. Vale.

C.PLINII CAECILII SECVNDI EPIST. LIBER SEXTVS.

C.Plinius Tyroni.S.



Go quádiu Trans Padum: tu in piceno: minus te requirebam:poftq ego i urbe:tu adhuc i Piceno:mľto magis.ex quo ipa loca i qbɔ eé una folemus acriuf metui cőmonét:feu ꝙ defideriű abfétiű nil pinde ac uicinitas acuit:

atq; oium gétiű noticiá illuftrius.nő aliű de maiores honores:opes: amiciciæ: laus pńs:& futura hoibus cőtingit. Alterutrá. boná fiue malá. Ex euentu.fi bonű euentű fortietur edictum Nepotis: pariter bonam famá:fin minus:malam: ná ab euentu fæpenumero res iudicantur:ut teftatur Ouidius:exitus acta probat:& Liuius.vii. belli punici:ex euentu quo nihil iniquius eft:famam homines habent:a quo idé trahens argumentum inducit Hánoné dicérem euétum effe ueluti iuftű belli iudicé. Nero dicere folebat euétum in manu fortunæ conftare:hinc Liuius fcribit euentű in máu ftultoʀ uerfári:ná plærűq; uis oratoris:& cæteraʀ reʀ ab imperitis exitu:& uictoria indicant.quare fecúdű Ifocrateʒ cum euentus fit in manu fortunæ:nő laudandus is cui rés ,pfpere cedűt:fed qui q̃tum cőfilio humano licebat cas multó añ pvidit:& ,puidictá & fi fecus q̃ intéderat euenirent:fapientes.n.& docti fortuita debent excludere:M.T.in rhetoricis: cuiuf cúq; negocii finé:euétű diffinit:Donatus tantum bonorum exitum: contra tamen Euétus

probatiffimorum authoritatem. Iniquum.fine ratione. Vfu receptű. cőfuctű. Procedunt; laudant admittuntur. Eadem facta.eodem confilio gefta. Libertatis.fi bene cedűt.Furoris. fi male.

IOANNIS MARIAE CATANAEI COMMENTARII IN EPISTOLAS LIBRI SEXTI .C.PLINII CAECILII SECVNDI. NOVOCOMENSIS.



Go.Tranfpadana regio dicitur:quæ nobis eft cis Padű:cifpadana:quæ ultra Padű:habet.n. refpect⁹ fcriptoʀ: q erant in urbe:ná illis q nobis cifpadanus ager:tráfpan⁹ erat. Contulerat fe Secundus in priam Comű:Tyro in Picenű:fed reuerfus in urbem ubi cőfueuerat Tyronis tunc cœpit defiderium amici:quare hortat ut Romá ueniat. Tranfpadű.Comi ubi fua plurima tenuit prædia.Padus ab imis radicibus Vefuli montis exortus:fiue a gremio ut teftatur Pli.Ptole. etiam Padi caput iuxta Lariam paludem refert: qui fubmerfus cűiculo rurfus in agro Vibonenfi extollitur fecűdum Solinű:at Plinio tradente in Forouibienfium agro:nulli amni claritate inferior:nam a poeta fluuiorum rex dicitur:Lucanus non minorem Nilo fcribit:& Strabo cunctos Europæ fluuios præter Hiftrum magnitudine fuperare:dictus a græcis Eridanus nota Phaethontis pœna.fons eius mediis diebus æftiuis femper aret:canicula liquatis niuibus flumen augetur:atq; ubi liquit agros ubertate largior:nam fubiectus alpibus campus admodum felix:& fructuofis collibus uarius:hunc medium fer Pad⁹ diuidit:eaq; regio hic cifpadana:hic tráfpadana dr:cifpadana qdé mőtib⁹ adiacet:atq; liguriæ: reliqua uero tráfpadana:multis igitur amnibus auctus iuxta Rauénam mare irrumpit per fepté oftia: fed unum maxime memorabile:ꝙ Padufa dicitur efficit.hæc fumpta ex Mella:Strabone:Plinio:Solino: Diodoro:qui diffentiens a cæteris fcriptoribus tradit qnq; tantű oftiis in fretű fe exonerare. Piceno. agro eras:Picenű poft Vmbriæ ciuitates:q inter Ariminű Anconéq; iacét extédit:,pfecti funt át Piceni a Sabinoʀ terra:q cű ductu:& aufpicio pici iter facerét nomé inde nacti fuere.e.mőtib⁹ ufq; i plana:& pelag⁹ coʀ icipiűt domicilia:quoʀ ager i lőgű:magis q̃ i latű excrefcit bon⁹ad oia:cæteʀ lignariis q̃ frumétariis fructib⁹ lőge pftat.iter cæteras urbes infigné hét Anconé.in.v.Italiæ regione locat a Pli.& hoium multitudine abundaffe idé author a Piceno deducit Picens:a Picentia uero Picentini:q & ipi populi funt Italiæ. Multo magis.te requiro. Ex quo.tpe.i.poftquam. Me commonét tui.memoré me tui faciűt:te i méte meá reducűt. Abfentiű.,pprie defideriű é reʀ abfentiű. Peride.tá. Acuit. icitat. Padus Picenum

accēdit. Impatiēti⁹.ardētius. In cā.huius desiderii ē. Tormēto.sollicitudini: affectui. Veni.i urbē ut medearis dolori meo. Illuc.Comū. Similes.cōquerētes de absentia mea:& efflagitātes aduētū i urbē.

quoq; ꝓpius accesseris ad spem fruēdi:hoc īpatientius cupias.quicqd i cā: eripe me huic tormēto. Veni:aut ego illuc uñ cōsulto ꝓperaui:reuertar:uel ob hoc solū: ut experiar:an mihi cū sine me Romę cœpis eē:similes his epistolas mittas.

C.Plinius Arriano.S.

SOleo nōnunq̄ i iudiciis quærere.M.Regulum.nolo enim dicere desiderare:cur ergo quæro? Habebat studiis honorē: timebat:pallebat:scribebat:q̄uis non posset dediscere illud ipsum qď oculum mō dextrum:mō sinistrum circumliniebat: dextrum si a petitore: alterū si a possessore eēt acturus: quod candidū splenium in hoc:aut illud supercilium transferebat:ꝙ semp aruspices cōsulebat de actionis euētu:animi superstitiōe:sed tamē ex magno studiorum honore ueniebat.iam illa perquam iucunda una dicentibus?ꝙ libera tempora petebat?ꝙ audituros corrogabat?quid deniq; iucundius?q̄ sub alterius inuidia q̄diu uelis:& in alieno auditorio quasi deprænhensum commode dicere?Sed utcunq; se habent ista:benefecit Regulus:ꝙ est mortuus:melius si ante:nunc enim sane poterat sine malo publico uiuere sub eo pricipe:sub quo nocere non poterat. Ideoq; fas ē nonnunq̄ eum quærere:nā postq̄ abiit:illa icrebuit passim:& ī ualuit cōsuetudo binas:uel singulas clepsydras: interdū:& dimidias:& dandi:& petēdi. nā:& q dicūt ægisse malunt: q̄ agere: & q audiūt finiri:

SOleo.taxat notabiliter actionē .M. Reguli cū uideatur probare: & aperte modū agendi suo tempore improbat:postq̄ publicos mores notauit:ad suos:& Arriāi amici reuertit. Iudiciis. centūuiralibus cāis. Desiderare.ꝙ maius ē q̄ quærere. Habebat studiis honorē.honorabat studia. Timebat.nā timor est optimus studiorum emendator. Pallebat. libro primo de eodem dixerat:expaluit notabiliter q̄uis paleat semper: palidi.n. studiosi credunt nimia uigilia:& uini parsimonia:quare ioc⁹ est Valerii Martialis:i Oppianum: qui cū eēt mali coloris. cœpit scribere uersus ut uideret poeta: & illa Iuuenalis uelicatio. tunc utile multis Pallere. & uinum toto nescire decēbri. Scribebat. supra legim⁹ Regulū recitasse librū in Rusticū: & aliū de obitu filii sui diuulgasse. Dediscere. obliuisci.desuescere:nā de cōpositū uerbi significationē cū quo iungit interdū destruit:sicut apud græcos κατα.uerbi causa μανθανω.i.disco.καταμανθανω.de disco. Circumliniebat:qdam frōtē liniebant unguēto uel cerusa:deinde panniculū siue fasciam iponebant:ꝙ spleniū dice-
Spleniū bat a qbusdā existimatū oculorū operimentū ad arcendā nimiā lucē:eius meminit Martialis libro secūdo. Et numerosa linūt stelantē splenia frontē:itē.viii.Talia lunata splenia frōte sedēt.libro.x.ꝑ petiola uidet usurpasse: Cur spleniato sæpe ꝓdeā mēto:Alba ue pictus sana labra cerusa.secundū Pollucē caput splenis dicitur splentū:q σπληνιᾶν ē splenem dolere. Pli.testat herbā splenion lyēibus mederi.

Alterum.sinistrū.damnat Fabius eos q i dicendo optos compressosq; oculos tenebant:neq; nisi plane rudes: & stultos tales hri posse.A possessore.ꝓ reo. Candidum spleniū. fasciā albam. Hoc.unū. Haruspices q p introspectionē uictimaꝝ ariolabant. De actionis euētu. anteq̄ ageret an ꝓspicere sibi cessura eēt actio.Supstitio-
Supstitio ne.superuacuā religione:nā superstitio est timor superfluus:& delirus: aut ab anicu-lis dicta supstitio:q̄ multū superstites per ætatē delirant:& stultæ sunt:aut secundū Lucretiū supstitio ē supstantiū reꝝ.i.cœlestiū:& diuinaꝝ:q sup nos stāt ianis:& supfluus timor.& supstitiosi:q deos nimis timēt.authores hēo Seruiū:& Dōatū: alii supstitiōis uerbū originē habuisse uolūt ab iis:q filios supstites eē nimis iportūe a diis efflagitarēt:cū tñ ois iportūa:ieptaq; religio possit supstitio appellari:q̄ a romanis oli tanq̄ pestis ab urbe sæpius euulsa fuit. Veniebat.id cōsulere haruspices ꝓcedebat ex sūma reuerētia:q̄ studiis hēbat:nā nisi de magnis deū cōsulere nō debem⁹.Iā.ꝓterea. Vna. cū Regulo. Libera tpa.spaciosa:& ampla q̄ta orator uoluisset:intra tps lege cōstitutū tm causidicis licebat agere nisi lōgi⁹dicēdi spaciū a iudicib⁹ipetrassent. Audituros corrogabat.cōgregabat: q se agentē audirēt. Alteri⁹iuidia.Reguli maliuolētia:q tā ipudēter peteret ad dicēdū lōgissima tpa. Auditorio. auditoribus quos Regul⁹ corrogauerat. Dephensum.ex isperato. Cōmode.libere:q̄tum:& q̄ uolet. Vtcūq;.bñ an male. Benefecit.qa malus. Melius.fecisset. Si añ.si mortuus eēt añ Domitianū sub quo multa scelesta patrauit. Pricipe.Traiāo: q falsas accusatiōes nō admisit:i qbus Regulus polebat. Ideo.cū ñ posset nocere. Abiit.obiit. Increbuit.Ioleuit:i usū uēit:& recepta ē. Clepsydras.repete an notata i ꝓcedētib⁹. Dandi.cōcedēdi aduersarioꝝ aduocatis. Aegisse.finisse actionē suā. Finiri. finē

imponi actioni. Quã iudicare.q̃ rectam ſniam ꝓnunciare.perinde ac ſi diceret aduocati faſtidiũ capi-unt agendo:iudices non audiendo male iudicant.quare oẽs q̃ primũ finẽ iponi quærunt officio ſuo. Studioꝝ.artis dicẽdi. Periculoꝝ reoꝝ:quos patroni cunctis artibus debent tutari. Tot horas.idẽ au-thor eſt accuſatori ſex horas:reo nouẽ ex lege cõſtitutas:ſuper qua re iã multã annotauimus. Tot di-es:xx.iuridicos Aſconio memorante. Comperendinationes.dillationes. Illi.maiores. Hebetes.ece-cutientes:& ingenio debili. Nos.apertius.amara deriſio. Religioſius.iuſtius. Paucioribus. minorib⁹ uiginti.nam ſi clepſydra pro dimidia ho-ra ſumitur:& reo deeẽ octo qñ plures cõ-cedebanť:reſpectu illi⁹ recte dixit paucio-ribus clepſydris. Præcipitam⁹.in hoc lo-co faciunt uerba Taciti de oratoribus fe-ſtinandum inquit eſt apud iudices: q non accipiunt tpa:ſed conſtituũt.nec expectã-dum habẽt oratorẽ:dum illi libeat de ip-ſo negocio dicere:ſed ſæpe ultro admo-nent:atq; alio tráſgredientẽ reuocãt:& fe-ſtinare ſe teſtanť. O Regule. extrinſec⁹ ſumẽdũ tale qd ſi nũc uiueres qd diceres.

q̃ iudicare:tanta negligentia:tanta deſidia:tanta deniq; inreuerẽtia:ſtudiorum: periculorũq; eſt. an nos ſapientiores maioribus noſtris? nos legi-bus ipſis iuſtiores? quę tot horas:tot dies:tot cõ-perendinatiões largiuntur. Hebetes illi:& ſupra modum tardi? nos apertius dicimus? celerius in-telligimus? religioſius iudicamus? qui paucióri-bus Clepſydris præcipitamus cauſas. quã dieb9 explicari ſolebant. O. Regule:qui ambitione ab oĩbus obtinebaſ:quod fieri pauciſſimi præſtant. equidẽ quoties iudico:quod uel ſæpius facio:q̃ dico:qtũ qs plurimũ tẽporis poſtulat : tm̃ do ei qui docet:temerarium enim exiſtimo diuinare q̃ ſpacioſa ſit cauſa inaudita:tempuſq; negocio fini-re:cuius modum ignores:præſertim cum primã religionis ſuæ iudex patientiam debeat : quæ ps magna iuſtitiæ eſt. At quædam ſuperuacua dicũ-tur:etiã:ſed ſatius eſt:& hæc dici:q̃ non dici ne-ceſſaria. Præterea an ſint ſuperuacua:niſi cum au-dieris ſcire nõ poſſis. Sed de his melius corã : ut de pluribus uitiis ciuitatis. Nam tu quoq; amor-cõmunium ciuiũ ſoles emendari cupere: quæ iã corrigere difficile eſt. nũc reſpiciamus noſtra: & quid oia in tuis recte? in meis noui nihil mihi ãt: & gratiora ſunt bona:q; perſeuerant : & leuiora incommoda:q; aſſueui.



C. Plinius Vero. S.

Ratias ago:q; agellũ:quẽ nutrici meæ

Obtinebas.impetrabas a iudicibus tps orandi liberum. Ambitõe. q tamen fa-ciebas non ad utilitatẽ clientum:ſed ho-noris tui affectatione. Pauciſſimi.rariſſi-mi iudices. Præſtant.concedunt dicenti-bus. Iudico.dat⁹ ſum iudex. Dico.ago Index
cauſam. Qui docet. indicem intelligit: nam prius q̃ cauſa ageretur per indicez:q olim dabatur poſt trigeſimum diem rem exponebant:indicem ergo itelligit per eũ qui docet.ſenſus eſt:ſi diſceptantes petũt a me plurimũ temporis concedere ſoleo: ſed tantundem do ei:qui cauſam expõit: ut ſigillatim:& commode poſſit me doce-re:eſt autem docere narrare:& argumen-tis confirmare.legitur ẽt:q dicit nõ abſur-de. Diuinare.uelle cognoſcere anteq̃ in- Docere
telligãt cãm:cuius momẽti ſit:q faciũt iu-dices q tps debitũ acturo nõ permittũt. Tẽpuſq; negocio finire.pſtinato tempore cõcludere rem:cui⁹ magnitudinẽ neſcias.

Finire.aſcribere:determinare. Debeat patiẽtiam.ſ.pſtare:debet.n.iudex eſſe pati- Patientiã
entiſſimus ad audiẽdum.iuriſconſulti fre- Præſtare
quenter dicunt patientiã præſtare:ut Mar-cellus.ff.xxxix.de operis noui nunciatio-ne:& Vlpianus.xliii.titulo q ui aut elam:& libro quadrageſimo ſexto de ſolutionibus, item.ff.xxxix.de operis noui nunciatione:& ibidem Paulus. Primam religionis ſuæ.quam obſeruare imprimis debet inter cætera ſuæ fidei conuenientia:nã Seneca capite de iuſtitia inquit.de fide:& religione ſcias agi ubi-cunque de ueritate tractatur. Pars magna iuſtitiæ:cum enim iuſtitia ſit conſtans:& perpetua uoluntas ſecundum Iuſtinianum:non immerito patientiam iuſtitiæ magnam partem nominauit. At quædam. occurrit obiectioni. Dicuntur.a cauſidicis. Etiam.ſic eſt.concedo ſuperuacua dici. etiam enim con-ſentientis aduerbium eſt. Hæc.ſuperuacua. Non dici.anguſtia temporis. Coram.uiua uoce tracta-bimus. Cõium.ciuium reip.noſtræ romanæ. Emendari.plus eſt corrigere q̃ emẽdare:nã qui corrigit in rectũ reducit:q emẽdat uiciũ operit.& mendæ ſupinducere conať uelamẽ aliquod.Difficile.qa inue-terata uicia difficile curanť.Noſtra.noſtros mores:primũ.n.cognoſcere ſeipſum. Et quid.nũquid. In tuis recte? ſe habent? Nihil.noui eſt. Bona.quæ ſunt in rebus meis ſi qua tñ ſunt. Perſe-uerant.q non abſcedunt. Quod aſſueui.nam ab aſſuetis ſi fit paſſio:non tanta fit.



Ratias.Vero agricolationi itẽto cõmẽdat agꝝ:quẽ nutrici ſuæ dono dederat.Veros plures Spartianus:& Capitolinus monumẽtis tradũt:huius aũt tã q̃ obſcurioris nulla apud alios ſit Verus

mentio. Erat.æſtimabatur precio. Curāte.excolēte.nā diligenti cultura precia prædioꝝ ampliātur: quia reditus ſupcurrit:ita ſi negligētius habita ſint:minui ea neceſſe eſt.ꝙ reſcripſerunt diui frēs autho re Calliſtrato de iure fiſci. Reparabit.reſumet.reſtituet in preciū cētum milium nūmū. Hæc quoq;. cōmēdant. Munuſculū meū.qa ego donaui. Illius.nutricis. Quā mea.ut uidear donaſſe rē pcioſā.

donaueram:colendū ſuſcepiſti. Et erat cū donarē centum miliū nummum. Poſtea decreſcēte redditu ēt preciū minuit:qđ nunc te curante repabit. tu mō memineris cōmendari tibi a me non arbores:& terram:quanq̄ hæc quoq;: ſed munuſculū meū:quod eſſe q̄ fructuoſiſſimū:nō illius magis intereſt:quæ accepit:q̄ mea:qui dedi. Vale.

C.Plinius Calphurniæ.S.

NVnquam ſum magis de occupationibus meis queſtus:quę me nō ſunt paſſæ:aut proficiſcentem te ualitudinis cauſa in campaniā proſequi:aut profectam e ueſtigio ſubſequi:nūc enim præcipue ſimul eſſe cupiebā:ut oculis meis crederē: quid uiribus:quid corpuſculo acquireres:& qui deniq; ſeceſſus uoluptates:regioniſq; abundantiam inoffenſa tranſmitteres. Equidē etiam fortem te non ſine cura deſiderarem.eſt.n. ſuſpenſum:& anxium de eo:quem ardentiſſime diligas:interdum nihil ſcire.nūc uero mecum abſentiæ:tum infirmitatis tuæ ratio incerta:& uaria ſolicitudine exterret. Vereor omnia: quęque natura metuentium eſt:ea maxime mihi:quæ abominor:fingo.quo impēſius rogo:ut timori meo ſingulis quotidie:uel etiam binis epiſtolis conſulas.ero enim ſecurior dum legam : ſtatimque timebo:cum legero.

C.Plinius Vrſo.S.

SCripſerā tēuiſſe Va.ut ſibi euocarē teſtes liceret:qđ pluribꝰ ęquū:qbuſdā iniquū

Calphurnia

NVnq̄.Cōqueritur nō ſibi licuiſſe per occupationes in campaniā cum uxore Calphurnia ſecedere:inibiq; multa amabiliter diſſerit:& hortatur ut ſaltē pluribus epiſtolis timori ſuo ꝓuideat. Calphurniā Secundi uxorē teſtantur tres eiuſdē epiſtolæ:& Sidonius libro.ii. Valitudinis bonæ recuperandæ. In Campaniā.ubi Fabatꝰ Secundi proſocer uillam Camillianam poſſedit. E ueſtigio.ſtatim poſt digreſſum tuū. Viribus acquireres.aſtrueres firmitati tuæ:erat.n.debilis:& ideo in campaniam Italiæ regionū apricam ſeceſſerat. Corpuſculo.per hoc colligitur Calphurniā fuiſſe paruæ ſtaturæ:& exili. Et qui.& quō. Seceſſus uoluptates.ſecūdū Eutropium nulla magis regio ad ociū:& uoluptatē accommodata q̄ Campania:ſiquidē

Campania

non modo Italiæ:ſed pene toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga eſt: nihil hoſpitabiliꝰ mari.hic illi nobiles portus:Caieta:Miſenus: tepenteſq; fontibus Baiæ:& ad uoluptatē:& ad ſanādos morbos commodiſſimæ:Lucrinus:& Auernꝰ quædam maris oſtia:hic amici uitibꝰ mōtes Caulus:Falernus:Maſſicus:& pulcherrimus cunctorum Veſuuius:urbes ad mare Formiæ:Cumæ:Puteoli:Herculanium: Pompei.& ipſa caput urbiū Capua:quæ quondam intra tres maximas Romā:Carthaginemq; noīata:nam roſaꝝ ferr odoratiorē ſatiua:unde uulgo dictū plus apud Campanos unguenti:q̄ apud cæteros olei fieri:eſt.n.amœniſſimꝰ Campaniæ tractꝰ ſi quis ubertatem ſoli:cæli tēperiē: aprica colliū:opaca nemoꝝ:innoxios ſaltus:uitium:olearūq; ꝓuentus:nobilia pecuaria cogitauerit:ibi ſummū liberi pr̄is cū Cerere certamē:hæc littora fōtibꝰ calidis rigātur: pterq; cætera in toto mari cōchylio:& piſce nobilitantur:nuſquā generoſior oleæ liquor:& hoc quoq; certamē humanæ uoluptatis tenuere Oſci:Græci:Vmbri:Thuſci.Campani. Regioniſq; abūdantiam. Campania ſeritur toto anno pannico ſemel:bis farre:ſed campus qui circa Capuam eſt: & laboriæ uocatur:a græcis phlegræus cæteras terras fertilitate ſuperat:& i delitias alicæ politur meſſis. Inoffenſa. ſana. Equidem.ego quidem more Virgiliano. Fortem.beneualentem.quamuis ſana eſſes : & abſens tamen tibi timerem:quanto magis inualidæ. Eſt ſuſpenſum:& anxiū.facit hominem ambigere:& dubitare:neq; parum æſtuare.Nihil ſcire.nullum nouum intelligere.Ratio.cauſa:reſpectus.Omnia.mala.

Abominari

Metuentium.qui omnia aduerſa ſuſpicantur.Quæ abominor.quæ omine abicio ut puta mortem.abominetur inqt Columella arator herbā tanq̄ omē triſte expuat.Fingo.imaginor.Cōſulas.ſubuenias.Securior.cū legā tibi bn̄ eſſe:timebo:ne poſt miſſas lr̄as noui mali aliquid te ꝑtulerit.

SCripſerā.Lici.Nepos ꝓſtq̄ Varēus obtinuerat ut ſibi teſtes ꝓ defenſiōe liceret euocare: cœpit petere ut legi repetūdaꝝ adiiceretur licere reis denūciare teſtes:cui relationi multi cōtra dixerūt:ſed ꝑſertim lubentius Celſus:iter quos orta cōtētiōe ad lites uſq; ꝓceſſum eſt. Tenuiſſe.īpetraſſe a ſenatu.ꝙ paulo an̄ legimus. Euocare.ex Bithynia in urbē cōuocare:& milites

euocati auxiliares dñr ſubito tumultu a cōſule cōuocati ad opē reip. ferendā: ea militia dr̄ euocatio: ue rū apud Macrobiū euocatio appellaſ qñ dii euocanſ ab aliq̄ urbe excidēda. Sequēti ſenatu. cū primū ſenatus hitus ē. Referreſ. ponereſ i cōſulationē. Proxio. nup facto ut Vareno liceret teſtes euocare. Finitā. iam decretā. Retractauit. renouauit: reuiſit: rocognouit: ē. n. retractare q̄ omiſeris repetere: & mutare: ſic ferrū retractatū: ſic ſcripta iā omiſſa: & deide emēdata dicimus retractata. Sub exēplo legis ambitus. ad imitationē legis ambitus: q̄ cauebatur: ut ſicut accuſatoribus licebat inquirere & teſtibus denunciare. ita reis pariter ius eſſet. de ambitu Liuius, vii. ab urbe condita tunc primum refert a. Cn. Petilio tribūo pl. authoribus patrib⁹ ad populū relatū fuiſſe: eaq; rogatiōe nouorū maxime hoium: qui nūdinas: & cōciliabula obire ſoliti erant cōpreſſa credita: haud æque patribus læta. M. Tullius Vatiniū tradit ſe tuliſſe legē de ambitu ex ſenatuſcōſulto: id q̄ p Murēa repetit: ſ; Liuii abbreuiator lib. xlvii. ante Ciceronē legē de ambitu laiā teſtaſ. fuit aūt ea lex cōſtituta reip. cā: ſicut repetundarū: Tacit⁹ tñ īquit candidatorū ambitus iulias leges pepit: ſub principe uero ceſſat lex ambit⁹. teſtes ſunt iuriſcōſulti.

Marginalia: Euocati milites — Euocatio — Retractaſ

& quidē pertíacíter uiſum: maxie Lícínio Nepoti: qui ſequētí Senatu: cū de rebus alíis referret: de proximo. S.C. diſſeruit: finitāq; cauſam retractauit. Addidit etiam petendū a coſſ. ut referrēt ſub exemplo legis ambitus de lege repetundarū: an placeret in futurū ad eam legem adiici: ut ſicutí accuſatoribus inquírendí: teſtibuſq; denunciādí poteſtas ex ea lege eſſet: ita reis quoq; fieret. fuerunt quibus hæc eius oro: ut ſera: & intempeſtiua: & pposterа diſpliceret: quæ omiſſo contradicendi tempore caſtigaret peractū: cui potuiſſet occurrere. Iubentius quidē Celſus ptor tanq̄ emendatorē Senatus: & multis: & uehemēter increpuit. R.ndit Nepos: rurſuſq; Celſus: neuter cōtumeliis tēperauit. nolo referre quę dici ab ipſis moleſte tuli. quo magis quoſdā e numero nr̄o improbaui: q mō ad Celſum: mō ad Nepotē: prout hic: uł ille diceret cupiditate audiēdi curſitarēt: & nūc quaſi ſtimularēt: & accēderēt: nunc quaſi recōciliarēt: cōpōcrētq;. frequētius ſingulis: am

Placeret. ſenatui: cui liberū ē intēdere leges: & mollire. Eā. repetundarū. Denūciandi. denunciare eſt futurū aliquod nūciare. quo uerbo frequēter utiſ Cicero in orationibus: & Secundus mox inquit qd denunciationibus & quaſi minis agorū fere in ptē ſumitur hoſtilē. Præpoſtera. inuerſa. Cōtradicendi tpe. cū de ea agebaſ: & nondū eſſet decretū ſenatuſcōſultum. Peractū. iam tranſactū: nam pterita dicente apud Liuiū Annibale magis repbendi: q̄ corrigi poſſunt. Occurrere. i tpe cōtradicere. Iubentius Celſus ptor. Vlp. ff. v. pridie idus martias. Qu. Iulius Balbus: & P. Iubētius Celſus coſſ. uerba fecere de his: quæ imperator Cæſar Adrianus Traiani parthici filius pposuit idem lib. ff. xxxviii. de operis libertorum ſcribit Iubentium Celſum fuiſſe iuriſconſultum: ſic Pomponius de iuris origine Celſos patrem: & filium iuriſcōſultos tradit: & Marcellus. ff. xxxii. filium conſulem ponit: & libro. xxviiii. extat Plocianæ epiſtola ad Iubētium Celſum: & Eiuſdem ad illam. Iubentius Celſus cum primoribus urbis coniurationem iniens contra Domitianum accuſatus admirabiliter uitauit periculum: nam cum iniicerent ei manus dixit ſe quædam ſecreto uelle Domitiano deferre: & ſupplex dominum deumq; ſæpius inuocans inquit nihil tale admiſi: uerum ſi mihi dilationem dederis: quorum particeps non ſum omnia explicabo: multoſq; manifeſtabo ac conuincam: inde dimiſſus nullum detexit: aliquando alias cauſas prætexens diſtulit cōfeſſionem uſq; in Domitiani necem: poſt quæ Dion in Traiano hæc addidit Celſum Traiano carum: & ſtatuam ei in publico iuſſu imperatoris erectam: uirumque optimatem fuiſſe: & inuito Adriano ex decreto ſenatus Baiis interfectum: quod necem imperatori moliretur. authores habeo Spartianum: & Dionem: quanquam mendoſe apud Spartianum legatur Adrianum in conſilio habuiſſe Iulium Celſum iuriſconſultum. tu repone Iubentium Celſum: pinde is fuit rhetor eloquentiſſimus: q̄ etiam Iuuenalis indicat Celſo dictare paratæ: tam & ſi interpretes ſignificaſſe uelint Cor. Celſum: cum is fuerit mediocris orator: nec temporibus ſatyrographi: inde pariter decepti ſunt. viii. ſatyra ſuper illud Nec dubitāt Celſi prætoris uendere ludis: ubi neque Cor. Celſum: neque pro adiectiuo poſitum celſum ut quidam ariolatur uel uno Secundi teſtimonio ſatis conſtat accipi poſſe: ſed Iubentium Celſum prætorem ſub Traiano: quo principe ſatyram ſuam poeta condidit. Celſi qui curam equitum in Bello Othoniāo ſumpſit meminit Tacitus. alii prodidere Titum Iuuentium oratorem fuiſſe in dicendo lentum ac pene frigidū: ſed callidū: & in capiendo aduerſariū uerſutū: pterea nec indoctū & magna cum iuriſciuilis intelligentia. Sabino Iubentio reſcripſiſſe diuū Piū rettulit Vlp. pariter Cæcilio Iubētiano. Rurſuſq; Celſus. reſpōdit Nepoti. Tēperauit. abſtinuit. E numero nr̄o. ſenatorii ordinis. Ad. iuxta. in ptes. Accēdeiēt. incitarent. irritarent. Frequentius. ordo eſt frequentius precabantur Cæſarē Traianum propitiū ſingulis

Marginalia: Denūciaſ — Iubentius Celſus — Spartiani locus — Iuue. loc⁹

Ludicra ars

interdũ precabanť ambobus ut assolet fieri in ludicro aliquo.dicá apertius.qui mõ stimulabant: mõ reconciliabant Celsum & Nepoté: Traianũ tunc ĩ senatu p̃cabanť ut uellet fauere Celso uel Nepoti tanq̃ si augereť aliq̃ res ludicra. Ludicra aũt ars.quæ ludi gratia fit ut scenica: & historica. Possidonius authore Seneca quattuor esse ait genera artiũ.nã sunt uulgares: & sordidæ:sunt ludicræ:sunt pueriles: sũt liberales:ludicræ sunt quæ ad uoluptaté oculoꝝ auriumq; tendunt: qualis scenica & historica unde tibiam eius cã comparatá Plinius ludicrá uocat:his annumeres licet machinatores:qui pegmata p se surgentia excogitant: & tabulata tacite insublime crescentia:& alias ex inopinato uarietates: aut dehiscẽtibus quæ coherebát: aut his quæ distabãt sua spõte coherentibus:aut quæ eminebát paulatim in se residentibus:qbus iperitoꝝ feruntť oculi. oĩa subita:qa causas nõ nouere miranť:& qui arté ludicrá exercuisset ius nõ hẽbat sedẽdi in.xiiii.gradu. Alter alteri.ĩplicita ꝑ plexis. Libello.supplicatione: accusatione. Pugilaribus. libris ligneis cæra illitis. Amicoꝝ loquacitas.utriusq; familiarium delatio. nam amici Nepotis significarunt Celso quid Nepos pararet : & Celsi : quid ille Nepoti. Conuenissent.constituissent inter se id facere.

Si quando.Quam diligenter pro amicorum dignitate debeamus operá nostrá ac nostroꝝ p̃stare satis alibi: sed p̃sertim hac epl̃a monet Scds: qui ꝑ Iulio Nasone honores petituro rogat Fundaniũ suũ: ut ideo ueniat Romá qa susceperat candidatũ:& uerebať si repulsam patereť : ne sibi illudereť. Si qñ. optaui. Voti socio. te adiutore ut uotũ meũ consequar. Petit cũ bonis. hẽt bonos uiros cõpetitores. Pendeo.suspensus sum iter spem & metũ. Consularé.iá functũ cõsulatu:& p id aliqua gr̃a: & authoritate apud senatores:aliqñ non. Videor mihi.esse cõsularis cũ spero:cuz timeo iaz uideor fuisse:& priuatus hac dignitate. Candidatus oĩum. dignitatum: magistratuũ: potestatũ. tanq̃ si omnes dignitates iam a me gestas nunc primũ pro me peteré. Quæ decucurri. qbus functꝰ sum sunt ẽt q sic distinguant:rursus mihi uideor consularis.i.alicuius authoritatis: qa p̃dixerat exerceor spe. deinde sequentia ordinẽt:cãdidatus.i.Naso meretur hác curá oĩum q̇ decucurri: dignus é ut exerceat spe:afficiat metu ĩ petitione oĩum honoꝝ: quos ego gessi. Mei charitate.amore suo erga me. P̃rna.respectu patris eius:nõ.n.initiũ sumpsit ab illo. Aetaté. qa puer ego:ille iá natu grãdis. Mõstrari mihi. tãq̃ uir admirabilis digito ab aliis mihi demõstrari. Quitilianũ. qué supra testatus é hũisse p̃ceptoré. Niceá nullũ tp̃ibus Traiani alibi legisse memini:nam Nicea Atheniensiũ imperator & Megarensis alter uetustiores fuerunt. Alioqn.insup. Filio.Nasoni. In senatu.nã cõmendatiõe senatus interdũ candidati p̃ferebanť:Qu.Cicero ad.M.Fratré ꝑ petitiõe cõsulatus monet cõparãdos:& cõfirmandos magr̃atus ex ciuibus maxime consules: deinde tribunos pl. ad conficiendũ centurias:admonẽdi sumus suffragia iudicio senatus cõmissa a Traiano:& populo adẽpta. ꝙ apte taxat Iuuenalis dicẽs:nã pridé ex quo suffragia nulli Vẽdimus effugit curas:nã q dabat olim Imperiũ.fasces legiones: oĩa: nunc se continet. Viuentes. dũ uiuunt tanquá abeat amor cum uita. Ornamentum.collocatum est Nasoni. Ipsi enitendum:ipsi elaborandum. membra paria. Hoc tempus. petendorum honorum. Parauit amicos.faciunt hic Ciceronis uerba ad. Qu. Fratrem amicorũ studia

Nicea

bobus interdũ propitiũ Cęsaré ut in ludicro aliquo precabanť.Mihi quidẽ illud etiã pacerbum fuit:qđ sunt alter alteri:quid pararent: indicati: nã & Celsus Nepoti ex libello rñdit:& Celso Nepos ex pugilaribus:tanta loquacitas amicoꝝ: ut hoies iurgaturi idipsum inuicẽ scierint tanq̃ conuenissent. C.Plinius Fundanio.S.

Si quando : nunc præcipue cuperem esse te Romæ: & sis rogo.opus est mihi uoti:laboris: solicitudis socio. petit honores Iulius Naso: petit cũ multis:cũ bonis : quos ut gloriosum sic est difficile superare.Pendeo ergo : & exerceor spe : adficior mœtu : & me consularem non esse sentio:rursus mihi uideor omniũ quæ decucurri candidatus.mereť hanc curã longa mei charitate.est mihi cũ illo non sane paterna amicicia: neq; enim esse potuit per meam ætatem:solebat tñ uix dum adolescentulo mihi pater eius cum magna laude monstrari:erat non studiorum tantum:uerumetiam studiosoꝝ amantissimus: ac prope quotidie ad audiendos: quos tunc ego frequẽtabam: Quintilianum: & Niceam sacerdotem uentitabat. uir alioquin clarus: ac grauis:& qui ꝓdesse filio memoria sui debeat. Sed multi nũc i senatu quibus ignotus ille: multi quibus notus:sed non nisi uiuẽtes reuerentur. quo magis huic omissa gloria patris: i q̃ magnũ ornamentũ: gratia infirma: ipsi enitendum: ipsi elaborandũ est:quod quidẽ semp:quasi præuideret hoc tp̃s:sedulo fecit: parauit aicos:quos pa-

Magistratus petitõne qd faciendum

RAra:& notabilis res Varẽo cõtigit:ſit licet adhuc dubia . Bithyni accuſationẽ eius ut temere ĩcohatã omiſiſſe narrãtẽ: narrantẽ dico. adeſt ꝓuinciæ legatus. attulit decretũ cõcilii ad Cæſarẽ: attulit ad multos pricipes uiros:attulit ẽt ad nos Varẽi aduocatos. Perſtat tñ ille idẽ Magius. q etiã Nigrinũ optimũ uiꝵ ꝑtinaciſſime exercet. ꝑ hunc a coſſ. poſtulabat:ut Varenus exhibere rationes cogeretẽ. Adſiſtebam Vareno:iam tantũ ut amicus: & tacere decreuerã. Nil enim tam contrariũ q̃ ſi aduocatus a Sẽatu datus defenderẽ:ut reũ: cui opus eẽt

Ne reus uideretur.ne posset iure accusari. Cõstare.optimam esse. Veros.ut Polyænum: nam ueros legatos appellat eos qui attulerant decretum abolitæ accusationis:& Magium:qui antea missus fuerat accusatum non uocat uerum legatum:quia Posteriora prioribus derogant. Contra Nigrinũ.quæ scilicet dicent contra ea:quæ nunc petit a uobis Nigrinus:ad quem missi sunt a Bithynis. Apud me.iam enim dixerat ueros Bithyniæ legatos attulisse decretum aduocatis Vareni. Ille.Nigrinus respondit. Liquere.cognitũ esse. Ex diuerso.e cõtra. Et mihi.ex diuerso liquere. Quod & melius.nobis esset.

ne reus uideretur: cum tamen finita postulatiõe Nigrini consules ad me oculos retulissent: scietis inquã constare nobis silentii nr̃i rõnem: cũ ueros legatos ꝓuinciæ audieritis cõtra Nigrinum: ad quẽ missi sunt. Ego apud me quoq; habeo decretũ ꝓuinciæ. Rursus ille põt tibi liquere. Ad hoc ego: si tibi ex diuerso liquet põt: & mihi: quod: & melius: si cã liqueret. Legatus Polyænus causas abolitæ accusatiõis exposuit: postulauitq; ne cognitiõe Cæsaris p̃iudiciũ fieret. Rñdit Magius: iterũq; Polyænus. ipse raro: & breuiter ĩterlocutus multũ ĩtra siletiũ tenui me. accœpi. n. nõ minus ĩterdũ oratoriũ eẽ tacere: q̃ dicere. atq; adeo repeto m: quibusdam capitis reis uel magis silentio: q̃ oratiõe accuratissima profuisse. mater amisso filio (quid enim prohibet: quamquam alia rõ scribendæ epistolæ fuerit de studiis disputare) libertos eius: eosdemq; cohæredes suos falsi: & ueneficii reos detulerat ad principem: iudicẽq; impetrauerat Iulium Seruianũ. defenderã reos ingenti qdẽ cœtu. erat. n. causa notissima: p̃terea utrinq; ĩgenia clarissima. Finẽ cognitioni q̃stio imposuit: quæ secundũ reos dedit. Postea mater adiit principẽ: adfirmauit se nouas ꝓbationes inuenisse. p̃cœptũ ẽ Seruiãо: ut uacaret finitã cãm retractãti: si qd noui adferret. Aderat matri Iulius Aphricãus nepos Iulii oratoris: quo audito Passienus Crispus dixit: bñ mehercule bñ: sed qd hoc tã bñ? Huius nepos iuuẽis ĩgeniosus: sꝫ parũ

Causa.huius decreti & abolitæ accusationis. Liqueret.Constaret:nam in decreto Bithynorum nulla fuit expressa causa cur Vareni accusationem abolerent: sed Polyænus legatus:qui illi interfuerat omnia exposuit in senatu: quibus moti Bithyni id decreuissent. Polyænus.de magistratu ad Polyænum scriptas epistolas testatur Seneca: fuit & Polyænus Sardianꝰ declamator sub Iulio Cæsare.item Polyænus orator macedo. lego Polyænum Prusæ domum diuo Claudio legasse: alium Polyænum ab Adriano mori adactũ. ad hæc Polyæni meminit Seneca de dote p̃legata. Polyæni epitheto Homerus Vlyssem donat tanquam multarum laudum uirum. Abolitæ: decreto sublatæ. Ne cognitione.sensus ut omnia integra Traiano reseruarentur: qui tunc senatui non intererat. Intra silentium.quod est secũdum Philostratum sermonis magister.inde cum libro sexto hoc scripsisset. retulit viii. inter primas orationis uirtutes enumerandam uideri dicendi moderationẽ: tacere autem in iudicio quartã uirtutem percœpisse.quare subiunxit Secũdus non minus oratorium esse tacere q̃ dicere. nã cum orator sit uir bonus dicendi peritus: sequitur ut & tacendi gnarus sit. Studiis.artificio dicendi. Falsi.testamenti. Reos detulerat.accusauerat. Iulium Seruianum. Summæ authoritatis uirum. Cœtu. corona auditorum. Notissima. hinc multi auditum cõuenerant. Vtrinque.ad patrocinium utriusque partis. Ingenia clarissima.summi in eloquentia oratores. Quæstio.seruorum tortura. Dedit.fuit. Secundum reos. in fauorem reorum. Vacaret.operam præstaret: ocium accommodaret. Retractanti. matri

Polyænꝰ

recognoscenti. Iulii oratoris.qui:& ipse Aphricanus cognominatus erat:& quem uidisse testatur Fabius:fuit autem concitatus orator:sed in cura uerborum & compositione nimius:nonnunquam longior: & translationibus parum modicus.hic est ille Aphricanus cuius in opinata insigniter sentẽtia apud Neronem de morte matris profertur.rogant te Cæsar Galliæ tuæ:ut felicitatem suam fortiter feras. Passienus Crispus.bis consul & orator insignis: Agrippinæ matrimonio:& Nerõe priuigno clarior:moriẽs amplissimam Neroni hæreditatem reliquit:cum tamẽ dicere cœperat statim fuga fiebat ad epilogum: nõ tam bene declamauit: q̃ causas ægit:non tam bene suasorias:q̃ iudiciales controuersias dixit. testatur Seneca hoc se nouisse subtilius nihil in omnibꝰ rebus: sed maxime distinguendis & curandis uitiis. uir quidem eloquentissimus: & sui temporis primus orator: quamuis idem Seneca alibi aridum more suo notet:eius insignes orationes pro Voluseno Catulo Fabius tradit se puero circumlatas. Eusebius in augusto Passienus inquit pater declamator insignis diem obiit pater ĩquam illius Passieni Crispi:qui cum audiuisset Iulium Aphricanum dicentem laudauerat his uerbis actionem eius:bene mehercule be-

Iulius Aphricãus

Passienꝰ Crispus.

ne dixisti:sed quid opus fuerat hoc tam bene dicere:cum id causa nõ exigeret. Huius Nepos.ergo nepos huius Iulii Aphricani:eiusdem nominis:cuius fuerat auus: nam repetit ꝙ iam dixerat ad maiorem declarationem: quia quædam interposuerat. Callidus:astutus:exercitatus. uersutia. enim:& astutia plurimum oratori confert. Assignatum. datum a iudice. Verbum.paucula:usitato dicendi modo. uerbum ex legibus accipiendum est tam legum sententia q̃ ex uerbis secundum Vlp. de uerborum sig.

Diu longa oratione. Respondissem. ironice dictum. Quo.dicto. Noua.insperata.inexpectata audientibus. Ad sensum.laudem al's consecutum. Agendo. dicendo totam causam. Non agẽdo.sed paucis iocando. Exceptum. admissum tanquam optimum.Hactenus.breuiter interloquendo. Suspensus. anxius. Ille. quo prĩceps causam cognoscet.Laborem. agendi.

ET. gaudet amicicia inter Priscum.& Saturninum: quẽ hortatᷓ ad se reuerti. Gratias ægi. ꝙ tecum bene conueniret. In uicem. dum alter alteri deseruit. Ipsum tempus cum indies magis uestras uirtutes cognoueritis. Si tamen.duas lites habebat Saturninus inter manus: quarum alteram beneficio iudicis alteram sua diligentia.breui sperabat componere. Istic in municipio tuo.Nos.Romam.

QVæris.Fuscum monet ut in secessu græca in latium: nostra in græciam trãsferat: esse enim optimum studendi genus:cum ad imitationem bonorum de eisdem contendimus: cõsulit ut quæ legerit: repetat: interdum oratoris studia ĩtermittat: & se ad historiam uel poeticam conuertat:qua non modo facultas: sed remissio & laus

Græca i græcum

comparatur. Ex græco in latinum uertere.uertere græca in latinum ueteres nostri oratores optimum iudicabant. id se L. Crassus in illis Ciceronis de oratore libris dicit factitasse:id Cicero sua ipsa persona frequẽtissime præcipit: quinetiam libros Platonis atq; Xenophõtis edidit hoc genere translatos.Marco id Messallæ placuit:multæque sunt ab eo scriptæ ad hũc modum orationes: adeo ut etiam cum illa Hyperidis pro Phime: difficillima romanis subtilitate contenderet: & manifesta est exercitationis huiusce ratio: nam & rerum copia græci authores abundant: & plurimum artis in eloquentiam intulerũt: & hoꝝ scripta transferentibꝰ uerbis uti optimis licet. Tranq. ꝑter Fabiũ inqt. cõsueuerũt magistri dicẽdi iterdũ græcorũ scripta cõuertere.

Latina i græcum.

Ex latio uertereᷓ i græcũ.cui rei assentitᷓ Quĩtiliãus his uerbis.sed ẽt illa ex latinis cõuersio mľtũ cõtulerit. nã ex utroq; copia

callidus cũ multa dixisset:assignatũq; tẽpus ĩplesset:rogo ĩquit Seruiãe pmittas unũ uerbũ adiicere.tum ego cũ oẽs me ut diu responsuꝝ intuerentur: respondissem inquam: si unũ illud uerbum Aphricanus adiecisset:in quo non dubito oĩa noua fuisse.non facile me repeto tantũ adsensum in agendo consecutũ:quantũ tunc nõ agendo.similiter nũc: & ꝓbatũ: & exceptũ est:ꝙ ꝓ Vareno hactenus nõ tacui.Consules ut Polyænus postulabat:oĩa integra prĩcipi seruauerũt:cuius cognitionẽ suspensus ex ꝑecto. nã dies ille nobis ꝓ Vareno:aut securitatẽ:& ociũ dabit:aut ĩtermissuꝫ laborem renouata solicitudine iniunget.

C.Plinius Saturnino.S.

ET proxĩe prisco nostro: & rursus: qͣ ita iussisti gratias ægi:libẽtissime qdẽ. ẽ.n. periucũdũ ꝙ uiri optimi: uiriq; amicissimi adeo cohæsistis: ut inuicẽ uos obligari putetis.nã ille quoq; ꝑcipuã se uoluptatẽ ex amicitia tua capere ꝓfiteᷓ:certatq; tecũ honestissimo certamine mutuæ charitatis:quã ipsum tẽpus augebit. te negociis distineri ob hoc moleste fero: ꝙ deseruire studiis nõ potes. Si tamẽ alteram litem ꝑ iudicẽ;alterã ut ais tu ipse finieris: ĩcipies primũ istic ocio frui: deinde satiatus ad nos reuerti.

C.Plinius Prisco,S.

EXprimere nõ possum q̃ iucundũ sit mihi ꝙ Saturninus nᷓ summas tibi apud me grãs aliis sup alias eplĩs ægit. Perge ut cœpisti: uirumq; optimũ q̃ familiarissime diliges: magnã uoluptatẽ ex amicicia eiꝰ pcœpturꝰ: nec ad breue tẽpus.nã cũ oibus uirtutibꝰ abũdat: tũ hac ꝑcipue:ꝙ hẽt maximã ĩ amore constantiam.

C.Plinius Cornelio Fusco.S.

QVæris quẽadmodũ ĩ secessu:quo iã diu frueris putẽ te studere oporterẽ. Vtile mihi primũ & multis ꝑcipue erit: uľ ex græco ĩ latinũ:uel ex latino uertere ĩ græcũ:quo

genere exercitationis proprietas: splendorq; uerborum: copia figuraꝝ: uis explicandi. præterea imitatione optimorum similia inueniendi facultas paratur: simul quæ legenté fefellissent: trãsferentem fugere nõ possunt. intelligétia ex hoc: & iudiciũ acquirit. nihil obfuerit q legeris hactenus ut rem: argumentũq; teneas: quasi æmulum scribere: lectisq; cõferre: ac sedulo pensitare: qd tu: qd ille cõmodius: magna gratulatio si nõ nulla: tum magnus pudor si cuncta ille melius. licebit interdũ: & notissima eligere: & certare cũ electis. Audax hæc: nõ tamen improba: qa secreta cõtétio. quãquam multos uidemus eiusmodi certamina sibi cũ multa laude sumpsisse: quosq; subsequi satis habebant: dũ nõ desperãt; antecessisse. poteris & q̃ dixeris post obliuioné retractare: multa retinere plura trãsire: alia interscribere: alia rescribere. laboriosum istud: & tedio plenũ: sed difficultate ipsa fructuosum: recalescere ex integro: & resumere impetum fractum: omissumque: postremo noua uelut membra peracto corpori intexere: nec tamen priora turbare. Scio nunc tibi esse præcipuum studium orandi: sed non ideo semper pugnacem hunc: & quasi bellatorium stilum suaserim. Vt enim terræ uariis: mutatisque sæminibus: ita ingenia nostra nunc hac: nunc illa meditatione recoluntur. Volo interdum aliquem ex historia locum apprehendas

& facilitas maxime uenit. Splendor uerborum. translata uerba opportune: quæ splendoris multũ afferunt orationi: transferendo enim assequimur: ut optimis uerbis utamur: & nõ modo usitata: sed etiam quædam imitanda exprimamus: quæ noua nostris sint dummodo idonea: hæc M. Tullius de oratore. Copia figurarum. quæ transferentibus excogitanda est: nam figuras: quibus maxime ornaẽ oratio: multas: & uarias excogitandi etiam necessitas quædam est: quia plærunq; a græcis romana dissentiũt. Vis explicandi. potétia dicendi quod intenderis. Optimoꝝ. optima enim semper imitanda. Fefellissent. latere potuissent. ubiq; præceptoré suũ sequitur dicentem super hoc: q authores maximi diligentius cognoscunẽ: nõ enim scripta lectione secura trãscurrimus: sed tractamus singula: & necessario introspicimus. Intelligentia. maior cognitio. Hoc. transferendo. Hactenus. ad hunc finem. Quasi æmulũ scribere. neq; ego inquit paraphrasim esse interpretationé tantum uolo: sed circa eosdem sensus certamen atq; æmulationé: itaq; ab illis dissentio: qui uertere orationẽs latinas uetãt: quia optimis occupati: quicquid aliter dixerimus necesse sit esse deterius: nam neq; semper desperandum est aliquid illis: quæ dicta sunt melius posse reperiri: neq; adeo ieiunam ac pauperem naturæ eloquentiã fæcit: ut una de re benedici nisi semel non possit. Ille. quem æmularis. Commodius. melius dixerit is. Nonnulla. aliqua tãtum commodiora. Ille. dixerit. Melius. quam tu. Certare cum electis. sicut Brutum legimus Composuisse defensionem Milonis ad æmulationem Ciceronis. Non improba. decora. Secreta. soli scribenti cognita. Multos. dixit Sextius contra M. Tullii orationem pro se habitam: proinde Caligula solebat prosperis oratorum actionibus rescribere: & magnorum in senatu reorum accusatiões: defensionesq; meditari. Subsequi. illorum uestigiis inhærere. Non desperant. ducuntur in spẽ. Antecessisse: superasse. Retractare. emendare: retractatio pars studiorum longe utilissima: neq; enim sine causa creditum est stilum non minus agere cum delet: huius autem operis est adiicere: detrahere: mutare: sed facilius in iis simplexque iudicium: quæ repellenda uel deiicienda sunt. premere uero tumentia: humilia extollere: exultantia coercere: duplicis ẽ operæ: nam & damnanda sunt quæ placuerant: & inuenienda quæ fugerant: nec dubium est optimum esse emendandi genus: si scripta in aliquod tempus reponantur: ut ad ea post interuallum uelut noua: atque aliena redeamus. Emẽdatõ
Transire. omittere. Interscribere. inducere: inserere: membra (ut mox dicet) intexere. Rescribere. mutare. Difficultate fructuosum. ipsa denique secundum rhetores utilissima est exercitationi difficultas. Recalescere. intentionem renouare. Membra. Clausulas: partes. Corpori. operi. Priora. ut illa intersita conueniant præcedentibus: & sequentibus. Pugnacem. iudicialem. Bellatoriũ. concertatorium: forensem. alitur enim atque enitescit uelut pabulo lætiore facundia: & assidua concertationum asperitate fatigata renouatur. Meditatione. studio. Recoluntur. expoliuntur: nouantur. Ex historia locum. qua propter inquit Fabius historiæ nonnunquam ubertas in aliqua exercendi stili parte ponenda est. Locum. non tam cõmunes locos intelligit: qui omnino diligenter tractandi sunt ab oratore: & magnam abundantiam suggerunt: quam partem historiæ: ut de paucis multa benedicamus: & quæ natura sunt contracta diffundamus: & uoluptatem expositis demus.

Epistolam.qua figuratam dicẽdi attenuatam comparabimus. Poeticæ descriptionis.dixerat de quadã sua oratione loquens: descriptiones locorum: quæ in hoc libro frequentiores erunt non historice tantum:sed prope poetice prosequi fas est.M.Tullius in oratore poeta oratori finitimus est: numeris astrictior paulo:uerborum autẽ licentia uberior:multis uero ornandi generibus socius ac pene par: in hoc quidem certe prope idem:nullis ut terminis circumscribat ius suum:quo minus ei liceat eadem illa facultate:& copia uagari qua uelit. Pressus.attenuatus:succinctus. Petitur.comparatur. Remitti.recreari.nec carmine quidem ludere contrarium fuerit:sicut athletæ remissa quibusdam temporibus ciborum atque exercitationum certa necessitate.ocio & iucundioribus epulis reficiuntur. Continuo ac lõgo.operi aliquo metrorum immenso.nã adolescentes non debent nimium in falsa rerum imagine detineri:& inanibus simulachris: ne uerum solem cum oportuerit reformident. Arguto. epigrammatico: in quo argutiæ: & sales expetuntur. Apte.modo fiat opportune. Distinguit.intermittit: seperat: amouet. Quantaslibet. maximas. Lusus uocantur. Martialis subinde sua epigrammata lusus: & iocos uocat:quia circa leuiora consistant.

Hi lusus.scriptores epigrãmatum. Seria.authores rerum grauium: ut philosophiæ:historiarum: orationum. Vt laus. ordo est.sic decet ingenium hominum flecti:& reliqua. Mollis. quæ tenella. Si sequatur doctos digitos.si ab artifice docto elaboretur. sic.M. Tullius de orato:re dixit orationem sicut mollissimam cæram ad nostrum arbitrium formamus: & fingimus: & Ouidius decimo metamorphoseos: ut hymetia sole Cæra remollescit: tractataque pollice multas Flectitur in facies: ipsoque fit utilis usu. Iuuenalis sexto satyra. Exigite ut mores teneros ceu pollice ducat:Vt si quis cæra uultum facit:& antea Persius dixerat.Et premitur ratione animus:uincique laborat. Artificemque tuo ducit sub pollice uultum. In formet.Martem.formam:& imaginem Martis sumat. Puerum. Cupidinem. Ingenium flecti.uolui in quascunque partes. Non rigidas. humaniores. Mobilitate.mutatione. Summi uiri. extremæ fortunæ ut imperatorum quidam: & multi grauissimi:ꝓ Mart.Gellius: Apuleius in apologia testantur: nam & Plato(ut alios omittam)uersibus lusit. Exercebãt. utilitatis gratia. Delectabant.uoluptatem capiebant:& ocium suum oblectabant. Intendatur.acuatur: suscitetur. Recipiunt amores. per hæc monstratur materia in qua uersantur epigrammata. Vrbanitatem.gustum urbis:scomma. In uita.circa uiuendi modum:hinc Martialis libro decimo tale genus scribendi probans supra fabulosa scribit:Non hic centauros: non Gorgonas: Arpyasque Inuenies: hominem pagina nostra sapit.idest memorat:quæ ad uitam humanam faciunt. In causis uersantur. tractant aliquando pertinentia ad causas forenses: ut illud Martialis acutissime simul: & facetissime dictum de tribus capellis. Metri.syllabarum certa mensura. Soluta oratione prorsa metro soluta:& libera. Lætamur.ꝙ non astringimur metri necessitate. Scribimus libentius. idest prorsam.ordo est:& illa utilitas inest:ꝙ libentius scribimus:id ꝙ comparatio ostendit esse facilius. Quæ scribẽda

Epigrammatum materia.

Volo epistolam diligentius scribas. uolo carmina. nam sæpe in oratione quoq; nõ historicæ modo:sed ꝓpe poeticæ descriptionis necessitas incidit.& pressius sermo:putusq; ex epistolis petitur: fas est: & carmine remitti:non dico continuo: & longo(id enim perfici nisi in ocio non potest)sed hoc arguto: & breui: quod apte quãtaslibet occupationes:curasq; distinguit:lusus uocãtur:sed hi lusus non minorem interdum gloriam q̃ seria consequũtur. atque adeo(cur enim te ad uersus non uersibus exhorter)

Vt laus est ceræ mollis:cedensq; sequatur:
Si doctos digitos:iussaq; fingat opus:
Et nunc informet martem:castamue Mineruã:
Nunc Venerem effingat: nunc ueneris puerũ:
Vtq; sacri fontes non sola incendia sistunt:
Sæpe etiam flores:uernaq; prata iuuant:
Sic hominum flecti ingenium:duciq; per artes
Non rigidas docta mobilitate decet.

Itaq; summi oratores:summi etiam uiri sic se:aut exercebant:aut delectabant:imo delectabãt:exercebantq;. nam mirum est ut his opusculis animus intendatur: remittatur. recipiunt amores: odia:iras:misericordiam: urbãitatem: omnia denique:quæ in uita:atq; etiam in foro: causisq; uersantur. Inest his quoq; eadem:quæ aliis carminibus utilitas: ꝙ metri necessitate deuincti soluta oratione lætamur: & qđ facilius esse cõparatio: ostendit:libentius scribimus.Habes plura etiam fortasse quã requirebas.Vnũ tñ omisi:non enim dixi q̃ legenda arbitrarer:quãquã dixi: cũ dicerẽ quæ scribenda. tu memineris sui cuiusq; generis

scilicet optima. Eligere. secernere meliores: ego inquit Fabius optimos quidem: & statim: & semper legendos censeo. Seneca ad Lucillum. probatos semper lege: & si quando ad alios diuerti libuerit: ad priores redi. hoc latius. M. Tullius secundo de oratore complexus est: quæ maxime tradit excellunt imitanda sunt: & diligentissime persequenda: tum accedat exercitatio: qua illum quem elegerit imitando effingat: atq; ita q̃ maxime exprimat. Non multa. non omnes bibliothecas excutiendas: multorũ enim authorum lectio: & omnis generis uoluminum habet aliquod uagum: & instabile: certis ingentis immorari: & innutriri oportet. distrahit animum librorum multitudo: & fastidientis stomachi est multa degustare. Hi. authores ꝓbati. Prouocatum. examinatum: iudicatum: cognitũ. nam causæ sæpius prouocatæ melius intelliguntur. prouocare significat appellare: & indifferenter ponitur. M. Tullius. cum alter ad senatum prouocasset: alter uero appellasset tribunos. Tacitus. auxit patrum honorem statuendo: ut qui a priuatis iudicib⁹ prouocassent: eiusdem pecuniæ periculũ facerent: cuius ii. qui imperatorẽ appellauere. sic Iurisconsultus. ff. xlviiii. de appellationibus: sic Plinius in præfatione naturalis historiæ. prouocare item significat lacessere: Columella. plærisq; tamen in tantum prouocant: ut curuata: & præcipitata per iugum nequeant terram attingere. quidam tamen non prouocatum: legunt: sed prouulgatum: id est proculcatũ: & tritum est. Alioquin. præterea. Ex his. quæ te monui scribẽda. Preoocare

authores diligenter eligere. aiunt enim multum legendum esse: non multa. qui sint hi: adeo notũ: prouocatumq; est: ut demonstratiõe non egeãt. & alioquin tam immodice epistolam extendi: ut dum tibi quem admodũ studere debeas suadeo: studendi tempus abstulerim. Quin ergo pugillares resumis: & aliquod ex his: uel istud ipsum quod cœperas scribis. Vale.

C. Plinius Macrino. S.

QVia ipse cũ pria cognoui iungere extrema quasi auulsa cupio: te quoq; existio uelle de Vareno: & Bithynis reliqua cognoscere. Acta causa hinc a polyæno: inde a Magio. finitis actionibus Cæsar neutra inquit pars de mora queretur. erit mihi curæ explorare prouinciæ uoluntatem. multum interim Varenus tulit: & enim q̃ dubium est an merito accusetur: qui quo nomine accusetur incertum ẽ. superest: ne rursus ꝓuinciæ quod damnasse dicit placeat: agatq; pœnitentiam pœnitentiæ suæ. Vale.

C. Plinius Fabato Prosocero. S.

MIraris quod Hermes libertus meus hæreditarios agros: quos ego iusseram ꝓscribi nõ expectata auctione ꝓ meo quincũce

QVia. Macrinum paucis docet quem finem habuerit Traiani cognitio de Vareno: & Bithynis. Iungere extrema. prioribus: nam pauloante scripserat ad eundem in causa Vareni. Auulsa. nisi coniungantur. Hinc. quia Polyænus quãuis Bithynorum legatorum unus: tamen decreto prouincialiũ nixus arbitrabatur desistendũ ab accusatiõe Vareni. De mora. quia intendebat cognoscere a conuentu Bithynorum an decreuissent ut Vareni accusationem persequerentur. Explorare. diligenter inquirere. Prouinciæ. Bithyniæ. Multum tulit. magnam commendationem est consecutus. Quo nomine. quo accusante: nam iam Bithyni remiserant accusationem: & tamen Magius perstabat illorum nomine: an magis: qua causa. Placeat prouinciæ. accusare illum. Agatq; pœnitentiam. & neque agat pœnitentiam pœnitentiæ suæ: idest: neq; reuocet illud decretũ: quo pœnituit Varenum accusasse.

MIraris. Succẽsenti Fabato prosocero: quod Hermes minori precio Corœliæ uendidisset agros hæreditarios respondet Secundus id factum ex sententia sua cum pluribus causis illam diligat. Hermes. Hermetem longo carmine Mart. extollit. alterius medici libro. x. meminit. Proscribi. exponi uenales: hinc proscriptus seruus. aliquando etiam proscribi est in exilium mitti: quia publice in tabella scripti exponebantur: apud Tacitum significat proponi: & prætendi cum narrat lib. xi. frustra Armenium proscribi: at præscribere interdum est iubere: ut Cæsar non ad alterius ꝑscriptum: sed ad suum arbitrium imperare consueuerat: interdum prohibere. Quintilianus in declamationibus. accusator præscribit: quod bis de eadẽ re agere nõ licet: & præscriptio secundũ iurisconsultos est quoddã ius extempore congruens: authoritate legũ uim capiens: pœnam negligentibus inferens: & litibus finem imponens. differt autem præscriptio & usu capio: quoniam hæc est in rebus mobilibus: & se mouentibus: illa uero in immobilibus: & iuribus incorporalibus. lege plura de præscriptione apud Fabium: & Plut. in problematibus. Auctione. i. publico uenditiõe: aucto gradatim ab emptoribus precio: cum res proponitur plus offerenti. Meo quincunce. semisse minus uncia: quæ pars peruenit ad me.

Hermes. Proscribi. Præscribere. Præscriptio.

Addixerit.uendiderit. Septingentis milibus.nummum.i.ſeptingentis ſextertiis. Tanto magis. ꝙ uil
li precio uendiderit. Ratum ſeruem.confirmẽ pro rato habeam. Celſus.ff.xxi. titulo de exceptiõe rei
uenditæ:ſi quis inquit rem meam uendiderit minoris q̃ ei mandaui uidetur alienata. Probatũ.utilau-
dari factum meũ. Seceerno.diuido:ſeparo:nõ ſimul cum illorum partibus mea uendiderim. Maiore
officio.iure amiciciæ quæ eſt mihi cum Corœlia:maius.n.amiciciæ uinculũ q̃ hæreditatis. Sacroſan-
cta:uenerabilis tanquam res diuina:& deo conſecrata.uide in primo Corœlii Rufi obitũ: & cum ſecũ-
do amiciciam. Minutio Fuſco. in uetu-
ſto codice habetur Milinio Fuſco. Vete-
ra iura.antiqua uincula amiciciæ. Filio.
Circẽſes Fuſci. Ludis meis.Circenſibus:quos præ
p Præto- tor edidi: nã Iuuenalis docet prætores da-
rem re ſolitos Circenſes . Interea megaleſiacæ
ſpectacula mappæ Idæũ ſolemne colunt:
ſimiliſque triumpho Prædo caballorum
prætor ſedet : & Martialis in Proculeiam
ſcribens:prætor inquit maritus tuus ergo
erat:diſſidium cum eo fæciſti cum purpu-
ra megaleſis fuiſſet conſtatura centummi
libus : & populare ſacrum bis milia dena
tuliſſet. Præſederit.præſes fuerit: & fa-
ciendos curauerit.Hæc.Corœlia.Iſtic.Cõ-
muni.Larium noſtrum.lacum iuxta patri
am noſtram Comũ. Maternis: paterniſ-
que.quæ i agro Comenſi tenuit. Paternis.
relictis a patre naturali:uel adoptiuo: ſiue
ab utriſque.nã duos patres habuit Secun-
dus. Corœliæ. quãuis mihi amiciſſimæ.
Iſta.erant. Ei.Corœliæ. Tulit.ad Co-
rœliam. Adiceret.uenderet. Meis mori
bus.meo conſenſu.liberaliter. Licuit.ſi-
ne illis uendere. Exemplũ meũ. ut & ipſi
uendant ſuam portionẽ Corœliæ. Ea-
dem iura.paria amiciciæ quæ mihi cũ illã
uincula ſunt.fuit amicicia. æſtimaui ami-
ciciã:quã utilitati præpoſui.



ibellum. annotauimus libellos
ſignificare:quas nunc ſupplica
Libellus tiones uocant.libellus in ſuper
pro accuſatione ſiue defenſio-
ne ſcripta breuibus: & per capita rerum
apud Fabium accipitur : hunc igitur a ſe
formatũ Minutio mittit:quo eius amicus
uteretur:iocaturque quod quædam ſuper
indidiſſet: & præſſa: & exilia: ſe uereri di-
cens ne tanquam tumidus notaretur : re-
poſcitque uiaticum pro curſore miſſo.
Nobis.ueris amicis:quibus omnia ſunt cõ
munia. Diſperdendi.deſtruendi:& opti-
ma delendi. Vtiq; diſperdendi. ſane tem-
pus habes inuertendi illum:facilius.n.cor
rũpũtur bona:q̃ expoliuntur.υμεις καρ
αει ισχνοι.i.uos.n.ſemper tenues. nam
ισχνον eſt humile dicendi genus. Opti
ma.grandia elata:tonantia. Detrahitis.
ab alienis ſcriptis tanq̃ tumida : & nimiũ
inflata. Boni conſulã.bonũ iudicabo:ſecundũ Fabiũ libro primo rariſſimus hic dicendi modus quã-
Cõſulere uis elegantiſſimus.Columella tamẽ in præfatione cultus ortorũ:qcquid inquit eſt iſtud:quod lucubra-
boni. uimus:ideo propriã laudẽ ſibi non uendicat:ut boni conſulat:ſi nõ ſit dedecori pri⁹ editus a me ſcripto-

ſeptingentis milibus Corœliæ addixerit:adiicis
poſſe eos nongentis milibus uenire : ac tanto ma
gis quæris:an quod geſſit: ratũ ſeruem. Ego ue-
ro ſeruo:quibus ex cauſis accipe.cupio enim : &
tibi probatũ:& cohæredibus meis excuſatũ eſſe:
ꝙ me ab illis maiore officio iubente ſecerno. Co
rœliã enim ſumma reuerẽtia diligo : Primũ ut ſo
rorẽ Corœli Rufi : cuius mihi mẽoria ſacroſan-
cta ẽ:deĩde ut matri meæ familiatiſſimã. ſunt mi
hi:& cũ marito eius Minutio Fuſco optimo uiro
uetera iura:fuerũt:& cũ filio maxima:adeo qui-
dem ut ꝑtore me ludis meis ꝑſederit. Hæc cũ ꝓ-
xime iſtic fui indicauit mihi cupere ſe aliquid cir
ca lariũ noſtrũ poſſidere . Ego illi ex ꝑdiis meis:
quod uellet:& quanti uellet obtuli:exceptis ma
ternis:paterniſq;:his enim cedere ne Corœliæ q-
dem poſſum. Igit̃ cũ obueniſſet mihi hæreditas ĩ
qua prædia iſta:ſcripſi ei uenalia futura.has epi-
ſtolas Hermes tulit:exigẽtiq; ut ſtatim portionẽ
meã ſibi addiceret : paruit . Vides q̃ ratũ habere
debeã:ꝙ libertus meus meis moribus geſſit. Su-
pereſt ut cohæredes æquo animo ferãt : ſepara-
tim me uendidiſſe:quod mihi licuit omnino uen
dere. Nec uero coguntur imitari meum exem-
plum. non enim illis eadem cum Corœlia iura.
Poſſunt ergo ĩtueri utilitatem ſuam:pro qua mi-
hi fuit amicicia. Vale.

C.Plinius Minutio.S.



ibellũ formatũ a me ſicut exegeras:quo
amicus tuus:ĩmo noſter:qd nõ enim cõe
nobis:ſi res poſceret: uteretur: miſi tibi
ideo tardius:ne tẽpus emẽdandi eũ:ideſt diſper-
dendi haberes . habebis tñ an emendandi neſcio:
utique diſperdendi. υμεις καρα ει ισχνοι optima
queq; detrahitis. qđ ſi feceris boni cõſulã. Poſtea

rum monumentis. Vt meis.cum tamen tua sint:quia tibi donaui:sed si nihil illis fueris usus: opportune in his optimis & grandioribus in aliquam rem nostram utar. Beneficio fastidii tui. quæ tu.tanquã turgida fastidisti cedent mihi beneficio. Laudabor.a doctoribus te. Vt in eo.sensus est.ut quoq; inuenies in eo ꝙ arbitrabar annotatum iri a te ueluti nimium elatum: aliud annotatum ꝙ erat exile & pressum. Et explicitum aliter idest attenuata figura expressum. Suprascripto. ex suprascriptione nostra.Tumidius.ꝙ uicio datur.credo hunc Minutium fuisse: quem suppressꝰ nomine octauo ad Lupercum scribens damnat. dixi inquit de quodam oratore sæculi nostri recto quidem & sano:sed parum grandi. Sonantius:& elatius: quam tu soleas dicere: debet autem orator erigi: attolli: interdum etiam efferuescere: efferri. nihil enim magis eloquentiam quam ancipitia commendant: & plurimum refert reprehendenda annotes an insignia: multi aduertunt ꝙ eminet: & extat: sed acri intentione iudicandum est immodicum sit an grande: altum: an enorme. Torqueres. te uexares optima tanquam immania notando. Addere. suprascribere. Humilius.ꝙ dicendi genus uituperandum: nam præssius & exilius interdum laudatur. Rectius. melius existimatum sed falso. Tenuitatem. stilum attenuatum.

enim illis ex aliqua occasione ut meis utar: & beneficio fastidii tui ipẽ laudabor:ut in eo quod annotandum annotatum quoq; inuenies: & suprascripto aliter explicitum. Nam cu3 suspicarer futurum ut tibi tumidius uideretur: quod est sonãtius:& elatius:non alienum existimaui:ne te torqueres:addere statim p̃ssius quodda3: & exilius: uel potius humilius:& peius: uestro tamen iudicio rectius.Cur.n. non usquequaq; tenuitaté uestrã insequar:exagitéq;:ut inter istas occupationes aliquid aliquãdo rideres? illud serio. uide:ut mihi uiaticum reddas: quod impẽdi data opera cursore dimisso.næ tu cũ hoc legeris nõ ptes: sed totũ libellu3 improbabis:negabisq; id ullius p̃cii esse:cuius precium reposceris. Vale.

C.Plinius Feroci.S.

EAdé epistola:& nõ studere te: & studere significat.ænigmata loquor? ita plãe:donec distinctius:qđ sentio:enunciem. Negas eni te studere:sed é tam polita:ꝙ nisi a studẽte nõ pôt scribi:aut es tu sup omnes beatus:si talia per desidiam:& ocium perficis. Vale.

C.Plinius Corœliæ.S.

TV quidẽ honestissime: ꝙ tã impense: & rogas.& exigis:ut accipi iubeã a te præciũ agrorum:nõ ex septingẽtis milibus: quanti illos a liberto meo:sed ex nongentis:quã ti a publicãis parté uigesimã emisti. Inuicé ego: & rogo: & exigo:ut non solũ quid te: uerũetiam qd me deceat aspicias.patiaris me ĩ hoc uno tibi

Occupationes. urbanas: cum enim Secundus scripsit aberat ab urbe. Vide.scito: intellige. Viaticum. impensam itineris. Cursore dimisso. tabellario ad te misso. cursor est qui pedibus celeriter litteras defert. Alexandrum scribit Lampridius cursorem nunquam nisi seruum suum fæcisse: dicebat enim ingenuum currere nisi in sacro certamine non debere:& Paulus.ff.xxxii. cursores in familia recenset. Aelius Verus suos cursores nominibus uentorum appellabat: & exemplo cupidinum alas apponebat: Papyrio Cursori cognomen inditum a præcipua pedum pernicitate: & ꝙ uictorem cursu omnium ætatis suæ fuisse ferunt. Næ. certe. affirmantis est: & ideo cum diphthongo scribeñ. Partes. elata membra & sonantia. Precium.uiaticum.

Cursor

EAdem. habet hoc Secundi epistola: ut quo longior eo eruditior: quo breuior eo argutior: tali nunc ostendit Iulium Ferocem elegantissimam & politissimam epistolam scripsisse. Aenigmata.obscuras quæstiones.αἰνιττω enim in parabolis & obscure loquor.ueteres rõani ænigmata scirpos appellauere.aliquando oratori cõ ueniunt:sed poetæ sæpius. Negas.legimus etiam negat.ut respiciat:tua epistola.

TV.remittit ducenta sextertia Corœliæ uolenti Secundo tradere pro qncũce hæreditatis nõgenta:quanti uigesimam parté eiusdẽ emerat a publicanis. Honestissime facis. Liberto. Hermete. A publicanis.ab his qui uectigalia publica redimunt:& rẽ publicã tractant: nã siue qs uerbi gratia frumẽtũ & alias reip.res necessarias trãsportãdas:siue decimas ac uigesimas redemisset:siue testamẽta q reip.relinqbant:siue quo uis modo uectigalia & alios populi redditus exigẽdos certo p̃cio cõduxisset is publicãus dicebat. Caius de sig.uer.q uectigal populi ro.cõductũ habet publicanũ appellamus:nã publica appellatio in cõpluribus causis ad populũ Ro.respicit. Vlp.de publicanis.publicani inqt sunt qui publico fruunt:nã inde nomen habent:siue fisco uectigal pendant: uel etiã

Publicãus.

tributum consequantur:& omnes qui aliquid a fisco conducunt recte appellantur publicani.Paulus ibidem.publicani dicuntur:qui publica uectigalia habent conducta. Eodem.amico.

REquirens.exponit Saturnino postulanti quid ageret: monetq; remp.curare esse honestissimam rem:ac Priscum gaudet officiorum memorem. Distringor. occupor. detineor. Officio. incertum quo. Amicis deseruio. in agendis causis. Rectius. quia optima philosophiæ pars est agere negocium publicum:exercere iustitiam:amicis deseruire: & tempora nostra reipubli. impartiri. Beatius. iucundius.

eodē aīo repugnare:quo ī omnibus obseq soleo.

C.Plinius Saturnino.S.

REquiris qd agā:q̄ nosti.distringor officio.amicis deseruio. studeo interdū:qđ nō interdū:sed solū: semperq; facere:nō audeo dicer̄ rectius:certe beatius erat. te omnia alia quā q̄ uelles ager̄ moleste ferrē:nisi ea q̄ agis essent honestissima.nā:& reip.suæ negocia curare: & disceptare īter amicos laude dignissimū ē. Prisci nostri cōtuberniū iucundū tibi futurū sciebam.noueram simplicitatē eius:noueram comitatem.eundem esse:quod minus notam:gratissimum experior:cum tam iucunde officiorum nostrorum meminisse cum scribas. Vale.

C.Plinius Fabato Prosocero.S.

CAlestriū Tyronē familiarissime diligo:& priuatis mihi:& publicis necessitudinibus implicitū. simul militauimus:simul quæstores Cæsaris fuimus. Ille. me in tribunatu liberorū iure p̄cessit: Ego illū in p̄tura sum consecutus:cū mihi Cæsar annum remisisset.ego in uillas eius sæpesecessi : ille in domo mea sæpe conualuit.hic nunc proconsule prouinciam Bethycam per Ticinum est petiturus. Spero : imo confido facile me impetraturum ex itinere deflectat ad te:si uoles uindicta liberare:quos proxime īter amicos manumisisti. Nihil ē quod uerearis ne sit hoc illi molestum : cui orbem terrarum

Reip.suæ.patriæ suæ: erat enim in municipio suo Saturninus. Disceptare.decernere : iudicare. Officiorum nostrorum. beneficiorum suscœptorum a nobis.

CAlestrium. causas explicat ueteris amiciciæ cum Tyrone pro consule : ut proficiscentem in prouinciam non uereatur Fabatus Comum reuocare ab itinere recto seruorum liberandorum causa. Necessitudinibus implicitum.uinculis amiciciæ connexum. Militauimus. tribuni mil. fuimus in Syria. Quæstores Cæsaris. candidati principis : qui libris principalibus in senatu legendis uacabant. Tribunatu. plebis : cuius in primo meminit.

Præcessit liberorum iure. nam qui ius trium natorum habebant in honoribus præcedebant carentes ut.ff.de immunitatibus:nullos enim legimus liberos Secundum suscœpisse. Consecutus illum. eodem anno fui prætor quo Calestrius. per ordinem enumerauit dignitates:quo quæque prius daretur : a tribunatu enim militum ad Quæsturam : a quæstura ad tribunatum pl.a tribunatu ad præturam:inde ad consulatum : mox ad proconsulatum certo quodam instituto procedebāt: sed hic omisit consulatum. in quo multo ante Calestrium præcesserat. Remisisset.concessisset posse petere præturam ante annum legitimum.

Ticinum. Ticinum. oppidum Insubriæ a Leuis & Maricis conditum non procul a Pado: distans a Placentia sex & triginta miliariis si Straboni credimus : simili uocabulo præterfluens amnis : quem Verbanus lacus exonerat : Padum ingreditur.a Plinio dissentiens Eutropius conditum scribit ab Insubribus Boiis:clara sane ciuitas multiplici fortuna nunc mutato nomine Papia appellatur : ubi omnium liberalium disciplinarum celeberrimum gymnasium. Ad te. Comum. Vindicta liberare. iussu eius in ueram libertatem constituere. serui a dominis sæpe manumitti solent : adeo ut uel in transitu manumittantur : ueluti cum prætor:aut præses:aut proconsul in balineū uel in theatrū eat. inde Caius.ff.xl.de manumissiōibus:nō est inquit oio necesse pro tribunali manumittere.Itaq; plærūq; in trāsitu serui manumitti solēt: cū aut lauandi:aut gestādi aut ludorū gratia p̄deat prætor:aut procōsul:legatus ue Cæsaris.ibidē pauli uerba melius in rē nostrā faciunt.apud proconsulē postq̄ urbē egressus est uindicta manumittere possumus: sed & apud legatū eius manumittere possumus.uindicta ergo interuentu & authoritate p̄consulis: nō eni sat erat seruū liberari a domino:nisi authoritas prætoris:uel præsidis: uel p̄cōsulis interuenisset: inde seqtur. Quos proxie inter amicos manumisisti.cuius manumittēdi forma talis fuit:ut dominus caput serui:aut aliud mēbrū tenens diceret:hunc hominē liberū esse uolo:& sic eū e manu emittebat.hoc

Manumissio. amplius addit Appianus : fuisse morem romanis in liberandis seruis dextra appræhensos ad se conuertere:nā manumissio est datio libertatis: & q̄diu quis in seruitute est ; manui & potestati suppositus est; &

manumissus liberatur a domini potestate. lege plura de manumissione in institutionibus titulo de libertinis: & libro septimo. Codicis de libertate latina tollenda. Illi. Tyroni.



Va. de recitatione plura differit: ac rationes exponit: quibus sint orationes recitandæ sicut historiæ & carmina: & in transitu docet quomodo emendanda scripta: imprimis monet iudicio multorum credendum: exemplo Pomponii Secundi: qui iudicio populi multum tribuit. Sua. suo modo: & pro arbitrio suo. Mihi. hæc est recitandi ratio. Admoneat. ab auditoribus. Emendandas. ꝙ consequimur recitando. Historiam debere recitari. testatur Tranqui. hæc antea in usu fuisse: nam tradit Augustum benigne & patienter audisse non tantum carmina & historiam recitantes: sed etiam orationes & dialogos.

circũire nõ erit lõgum mea causa. Proinde nimiã istã uerecundiam pone: teq̃ quid uelis consule. illi tã iucũdũ est quã mihi quod tu iubes. Vale.

C. Plinius Nonio Celeri. S.



Va cuiq̃ ratio ẽ recitãdi: mihi: qđ sæpe iã dixi: ut siqd me fugit (ut certe me fugit) admoneat. quo magis miror ꝙ scribis: fuisse quosdã: q rephẽderẽt: ꝙ oratiões oĩno recitarẽ. nisi uero has solas nõ putãt emendãdas. a qbus libẽter reqsierim cur cõcedant (si concedunt tamẽ) historiã debere recitari: quæ nõ ostẽtatiõi: sed fidei ueritatiq̃ cõponit. cur tragœdiã: quæ nõ auditoriũ: sed scænã: & actorẽ: & cur lyrica: quæ nõ lectorẽ: sed chorũ: & lyram poscũt. At horũ recitatio usu iã recæpta est. Num ergo culpãdus ẽ ille: q cœpit: quãquã oratiões: & nři quidẽ: & græci lectitauerũt. Superuacuũ tamen est recitare: quæ dixeris: etiã: si eadẽ oĩa: si iisdem oĩbus: si stati recites. Si uero multa iseras: multa cõmutes: si quosdã nouos: quosdã eosdẽ: sed post tẽpus adsumas: cur minus pbabilis sit causa recitãdi: q̃ dixeris: q̃ edẽdi: Sed difficile ẽ: ut oratio dũ recitat: satisfaciat. nã hoc ad laborem recitantis pertinet: nõ ad rationẽ nõ recitãdi. Nec uero ego dũ recito laudari: sed: dũ legor: cupio. Itaq̃ nullũ emendãdi genus omitto: ac primum: quæ

Non ostentationi. non ad pompam: & gratiam præsentium: sed ut sit κτῆμα μᾶλλον ἐς ἀεὶ ἤπερ ἐς τὸ παρὸν ἀκούσμα secundum Thucydidem. Sed fidei ueritatiq̃. Lucianus in libello: cui titulus quomodo oporteat historiam scribi: si aliquam inquit adulationem sumat historia: quid aliud quam pedestris quædam poesis fit: historiæ unum officium: & finis utile: ꝙ ex uero solo colligitur: parum de pulchritudine curabit: dummodo absolutam ueritatem habeat. historici autem officium unum: Vt gesta sunt dicere: neq̃ enim historia debet egredi ueritatem. Cur tragœdiam. concedunt recitandam. Scænam. locum in theatro agendis fabulis excitatum: & sicuti tria fabularum genera: ita totidem scenarum tragicum: comicum: satyricum. Actorem. histrionem. Lyrica. carmina. Chorum. induci chorum in lyricis monstrat Horatii sæculare carmẽ: ꝙ a pueris & puellis in Capitolio cantabatur. in choris iunctim omnes loquebantur: quasi uoce confusa: & concentum in unam personam reformantes. Seneca decimotertio epistolarum: & cum Macrobius libro primo Sat. ad uerbum secutus: non uides q̃ multorum uocibus chorus constet unus tamẽ ex omnibus sonus redditur: aliqua est illic acuta: aliqua grauis: aliqua media: accedunt uiris fœminæ: interponuntur tibiæ: singulorum illic latent uoces: omnium apparent: & fit concentus dissonus: de choro dico quẽ ueteres philosophi nouerant: in commẽtarionibus nostris plus cantorũ est: q̃ in theatris olim spectatorum fuit. Columella. xiii. ubi chorus canentiũ non ad certos modos: neq̃ numeris præeũtis magistri cõsensit: dissonũ quoddam & tumultuosum audientibus canere uidet: at ubi certis numeris ac pedibus uelut facta conspiratione consensit: atq̃ concinuit ex eiusdem uocũ concordia non solũ ipsis canentibus amicũ quoddam & dulce resonat: uerũ etiam spectantes audientesq̃ latissima uoluptate permulcent. Chorus.

Horũ. historiæ: tragœdiæ: lyricorũ. respondet obiiciendis. Recœpta. cõprobata. Cœperit. illa recitare. Nostri. romani. Lectitauerũt. recitauerũt. Dixeris. apud iudices perorauerіs. uerba sunt aduersariorũ. Etiam. concedentis aduerbiũ. clarior lectio si reponat: est. Eadem omnia. quæ dixeras. Iisdẽ omnibus. auditoribus. Statim. quia post tempus aliquod alia auditor cognoscit. Multa iseras. ꝙ fit: dũ emendamus. Nouos. auditores legit etiam alios scilicet q̃ primo habueras. Post tempus. quo potuerũt quæ probauerant improbare mutata priori sententia. Quã edendi. tanq̃ diceret: si edendæ orationes: sunt etiam recitandæ: nã recitando publicamus. Satisfaciat. placeat auditorib. s. Hoc. ut curã habeat placendi. Non ad rationẽm. ratio nõ obstat quo minus recitent. Legor. post emissum opus: & me absente. Emẽdãdi. emẽdatio est: q̃ singula p ut ipsa res postulat dirigimus æstimãtes uniuersoꝝ Emẽdatõ.

ſcriptorum ſententiam diuerſam: uel correctio errorum:qui per ſcripturam dictionemue fiunt autho-
re Diomede. Pertracto.repeto:& non ſolum uerba ſunt emendanda:ſed numeri & ſententiæ. An-
notanda.emendanda. Penſito.diligenter examino. Tunc.cum recito. Nam.emendo. Quanto
ſolicitius intendo. cum quanta maiori ſolicitudine & cura ſum intentus in recitando reſpectu audi-
torum reuerentiæ:q̃ in emendando per me:aut cum paucis. Reuerentia.pudor.metus. quæ omnia in-
ſunt mihi recitanti propter auditorum frequentiam. Indicant. iudicium augent & acuunt. Sic ha-
be. melius intellige ſequenti exemplo.

ſcripſi mecum ipſe pertracto.deinde duobus:aut
tribus lego:mox aliis trado annotāda:notaſq; eo
rum: ſi dubito. cum uno rurſus : aut cum altero
penſito.nouiſſime pluribus recito: ac:ſi quid mi
hi credis:tunc acerrime emendo : nam tanto dili
gentius:quanto ſolicitius intendo:optime autē
reuerentia:pudor:metus iudicant. Idq; adeo ſic
habe.nōne ſi locuturus eſſes cum aliquo quantū
libet docto uiro:tamen minus cōmoueretis:quā
ſi cum multis uel indoctis? non ne cum ſurgis ad
agendum tum maxime tibi ipſe diffidis? tunc cō-
mutata non plurima: ſed omnia cupis? utiq;:ſi la
tior ſcæna : & corona diffuſior. nam illos quoq;
ſordidos:pullatoſq; reueremur. Nonne ſi prima
quæq; improbari putes debilitaris: & concidis?
opinor:quia in numero ipſo eſt quoddam magnū
collatūq; cōſilium:quibuſq; ſingulis iudicii parū:
omnibus plurimum. itaq; Pomponius Secūdus
ſcriptor tragœdiarum : ſi quid forte familiarior
amicus tollendum:ipſe retinēdum arbitraretur;
dicere ſolebat ad populum prouoco : atq; ita ex
populi:uel ſilentio:uel aſſenſu:aut ſuam:aut ami
ci ſententiam ſequebatur.tantum ille populo da
bat.recte:an ſecus:nihil ad me.Ego enim nō po-
pulum aduocarī;ſed certos electoſq; ſoleo: quos
intuear:quibus credam:quos deniq; tanquā ſin-
gulos obſeruem:& tanquā nō ſingulos timeam.
nā quod.M.Cicero de ſtilo:ego de metu ſentio.
Timor eſt emendator aſperrimus.hoc ipſum:qd
nos recitaturos cogitamus emendat : quod audi
toriū ingredimur:emendat:quod pallemus: hor
reſcimus:q circumſpicimus emēdat.Proinde nō
pœnitet me conſuetudinis meæ : quam utiliſſi-

Quantumlibet.maxime. Commoue-
retis.timeres : perturbaretis. Agendum.
publice cauſam dicturus. Tunc. cum
multi audiunt. Omnia.tua ſcripta tan-
quam deteriora. Vtiq;. præſertim cu-
pis. Scæna latior. ſpectantium ingens
numerus. Corona. multitudo circum-
Pullatus. ſtantium. Sordidos. agreſtes. Pulla-
tos. atratos : imperitos. Fabius ſexto im-
peritis ac ſæpe pullatæ turbæ relinquunt:
& ſecundo.iam collidere manus: terræ pe
dem incutere:fœmur: pectus: frontem cæ
dere: mire ad pullatum circulum facit.
Concidis. animo cadis : & deficis. Opi-
nor. ſic fieri puto. Numero. multitudi-
ne. Omnibus plurimum. reſpectu om
nium eſt ſummum:nam ſi parua multa in
unum contuleris ſurgent in maximum
cumulum : & Ciceronis teſtimonio ora-
tor uulgi aſſenſu : & populari approba-
tione iudicari ſolet :itaq; nunquam de bo
no oratore aut non bono doctis homini-
bus cum populo diſſenſio fuit:id enim ip-
ſum eſt ſummi oratoris ſummum orato-
rem populo uideri. Pomponius Secun-
4.rici. dus. cuius uitam ſcripſiſſe Plinium ſenio-
rem ſupra retulit. Tollendum. de tra-
gœdiis ſuis delendum tanquam minus ap
tum. Retinendum.reſeruandum in ſcri
ptis ueluti opportunum. Ad populum
prouoco. eligo populi iudicium. ſilentio
populi amici ſententiam retinebat aſſen-
ſu uero ſuam. Populo dabat. defere-
bat iudicio populi : quare Cicero de cla-
ris oratoribus inquit Tibicen Antigeni-
das diſcipulo dixit ſane frigenti: ad popu
lum mihi cane & muſis : ego Bruto dicen
ti apud multitudinem mihi cane & popu-
lo.In ſumma.qui uulgi opinione diſertiſ-
ſimi habiti ſunt : eoſdem intelligentium
quoq; iudicio fuiſſe probatiſſimos credi-
derim. Recte. faceret. An ſecus. ma-
le : tantum iudicio populi tribuendo.

Nihil ad me. non pertinet ad propo-
ſitum noſtrum. Certos. doctos uiros : qui non falluntur iudicio ſuo. Tanquam ſingulos. pro-
pter ſummam eruditionem & authoritatem unumquemque reuerear. Et tanquam non ſingu-
los. tanquam cœtum clarorum uirorum. De ſtilo. ſenſit: nam libro primo de Oratore ſtilus
inquit eſt optimus & præſtantiſſimus dicendi effector : atq; magiſter : neq; iniuria : nam ſi ſubitam:&
fortuitam orationem commentatio & cogitatio facile uincit : hanc ipſam profecto aſſidua & diligens
ſcriptura ſuperabit. De metu. q ſit emendator optimus. Hoc ipſum. imaginatio : phantaſia.
Circumſpicimus. frequentiam auditorum: & quod ex uultu: oculis; nutu: manu: murmure: ſilentio

cognoſcimus qd quiſq; ſentiat. Iſtorũ.q reꝑhendũt q̃ oĩo orationes recitarẽ. Aliqd.aliqd aliud emẽ dandi genus. His.a me ꝑdictis. Satis.ad emendationẽ. Dare ĩ manus hominum.publicare. Nõ.eẽ.

mã experior.Ideoq; nõ deterreor ſermũculis iſtorũ:ut ultro te rogẽ:mõſtres aliquid:quod his addã.nihil enim curæ meæ ſatis ẽ.cogito:q̃ ſit magnũ dare aliquid in manus hoĩum: nec ꝑſuadere mihi poſſu;:nõ:& cũ multis:& ſæpe retractãdũ: quod placere:& ſemp:& oĩbus cupias. Vale.

C.Plinius Caninio Rufo.S.

DEliberas mecũ quẽadmodum ꝑecunia: quã municipibus noſtris in epulũ obtuliſti:poſt te quoq; ſalua ſit:hõeſta cõſultatio:non expedita ſententia.numeres reipublicæ ſummam:uerendũ eſt ne dilabatur ad ſacros: ut publice negligatur. equidem commodius nihil inuenio:q̃ quod ipſe fæci: nam quingentis milibus nũmum:quæ in alimẽta ingenuorũ promiſeram agrũ ex meis lõge pluris actori publico publice mãcipaui:eũdẽ uectigali impoſito recœpi: tricẽa milia annua daturus.ꝑ hoc:n.& reip.ſors ĩ tuto:nec redditus ĩcertus: & ipſe ager:ꝓpter id quod uectigali large ſupcurrit:ſemper dominũ:a

DEliberas. epulum perpetuum Comenſibus promiſerat Caninius: ſed uerebatur ne ſi ſummã numeraſſet reip.procedente tempore ad ſacerdotes tranſiret:quare exemplo ſuo monet Secũdus ut ſe imitetur in eo munere:q̃ patriæ donauerat pro alendis ĩgenuis. Municipibus.nouocomenſibus. colligitur enim ex libro primo Caninium fuiſſe comenſem: ubi ad eundem ſcribens ĩquit.Quid Comum tuæ:meæq; deliciæ. Epulum.publicũ cibum. Poſt te:poſt obitum tuum. Salua ſit. integra ſit:reſeruetur ad hoc:neq; transferatur ad alia. Non expedita. non in promptu:obſcura:difficilis. Nũeres.ſi numeres. Sũmam.ex qua quotannis fiat epulum. Dilabatur.tranſeat:diffugiat:ſi quis legatam municipio pecuniam in aliam rem q̃ defunctus uoluit conuertere citra principis authoritatem non licet authore Iuriſconſulto: fit tamen interdum ut ad alia tranſeat procedente tempore: cum non ſit:qui illam tueatur. Ad ſacros. ad ſacerdotes: qui ideo ſacri dicti q̃ ſacra & res deorum cureret. Virgi.Cererięq; ſacrũ Polyboetẽ.i. ſacerdotẽ Cereris: & Prudẽtius.O Chriſti Valerianæ ſacer: nã quicquid deſtinatum eſt diis ſacrum uocatur: ut Plautus ſacros porcos ad ſacrificium idoneos: & ſacerdotes a ſacris dictos q̃ rebus diuinis ꝑeſſent Varro tradidit. fuit igitur epulũ illud ad res diuinas cõſtitutũ:quibus die ſolẽni populus epularetur: erat ideo uerendum ne poſt mortem Caninii traduceretur ad ſacerdotes:neq; obſtat q̃ Seruius ſcribit epulas hominum eſſe:q̃ & nos fatemur: modo concedatur eas etiam inter ſolemnia ſacrorũ dari:& alioquin Apuleius.ix.refert dominum ædiũ ſacrificales epulas cũ ſacerdotibus deæ cœnitaſſe. Varro.iii.rei ruſticæ.quotus quiſq; eſt annus:quo nõ uideas epulum aut triũphum: aut collegia nõ epulari.Sacri.itẽ & Sacrani populi ſunt in codice nõ admodũ recenti ſcriptũ adnotaui de ſacro.i.de ærario. Vt publice negligat̃.timẽdũ eſt ne reſp.nõ curet id epulũ.ut ſolet fieri in oppidis: ubi publica negligunt̃:& hinc inde occupant̃. Cõmodius.tutius:ut ſors:& redditus diu duret. Quingentis milibus nummũ.quingẽtis ſextertiis.hæc erat ſors:ex qua triginta ſingulis annis:ut mox explicabit:pro alimentis ingenuorũ redimebant̃. In alimenta ingenuorũ.ut pueri liberi ſed egeni alerentur: q̃ libro primo copioſe tractauit.ĩgenui autẽ ſunt qui libera matre nati nec poſtea ſerui facti ſunt.Iuſtinianus latius explicat:ingenuus inqt eſt:qui ſtatim ut natus eſt liber eſt: ſiue ex duobus ĩgenuis m̃rimonio editus: ſiue ex libertinis duobus:ſiue altero libertino:& altero ĩgenuo.ſed & ſi qs ex matre naſcit̃ libera: patre uero ſeruo ingenuus nihilominus naſcit̃:quemadmodũ:q ex matre libera:& ĩcerto patre natus eſt:quoniam uulgo cõcœptus eſt. Longe pluris.maiori precio qngẽtis milibus. erat enim mile centũ ſextertiis. Actori.curatori:q reip.bona curat:& rationes reddituũ impenſarumq; facit.eius fit mentio.ff.l.titulo de adminiſtratione reip. Mãcipaui.uẽdidi.diſtraxi:alienaui: nullo tamen ab illo precio recœpto.

Sacri.

Epulum

Ingenuus.

Recœpi.reſumpſi apud me ab actore publico. Eundem.agrũ. Vectigali impoſito.ut teneret quotannis tricena milia reip.numerare. Vectigales agri uocant̃:qui in perpetuũ locant̃ hac lege: ut quãdiu pro iis uectigal pendat̃:tamdiu neq; ipſis:q conduxerint:neq; iis:q in locum eorum ſucceſſerint:auferri eos liceat:& alibi idem iuriſconſultus Paulus.agri publici:q imperpetuũ locant̃ a curatore reip.ſine authoritate principali reuocari non poſſunt.habet autem horũ uectigaliũ agrorũ poſſeſſor aliquid ius in eis:unde Vlp.xxx.de legatis fundus inqt municipũ uectigalis ipſis municipibus legatus ualere legatum ſcribit Iulianus:qa aliquod ius in eo is qui legauit habet. Per hoc.hac ratione & uia. Sors.quingenta milia nummũ erant ĩ tuto: neq; enim poterant interire. Incertus.fallax. Vectigali.triginta ſextertiis. Large ſupercurrit.longe in reddito excellit.xxx.ſextertia:nam maiores fructus inde colligebãtur.

Vectigalis ager.

Dominũ.ſentit Paulus q maximos fructus ex redemptione uectigalium conſequuntur:ſi tanti poſtea

locari non possint:ea prioribus pensionibus suscipere compelli. Exerceatur. excolatur. Aliquanto plus. nam respectu redditus nihil amplius donauerat : quia ꝙ reliquum erat ipsius domini erat:sed hoc aliquanto plus donauerat : si enim dominus agrum uoluisset alicui uendere : minoris uendidisset reditus suos qui super currebant uectigali quia totus ager erat obligatus reipubli. Infregerit. minuerit. Necessitas uectigalis : necessitas pendendi reipubli.perpetuo triginta milia nummum. Aeternas. utilitates. perpetuam memoriam huius liberalitatis : cuius uestigium adhuc extare audio. Muneri suo. ut perpetuo duret. Facultatibus.praesenti utilitati.

quo exerceatur:iueniet.Nec ignoro me plus aliquáto:q̄ donasse uideor erogauisse:cũ pulcherrimi agri p̄ciũ necessitas uectigalis infregerit. Sed oportet priuatis utilitatibus publicas : mortalibus aeternas ante ferri:multoq; diligentius muneri suo consulere:quã facultatibus. Vale.

C.Plinius Prisco.S.

ANgit me Fãniae ualitudo: quã cõtraxit: dũ assidet Iuniae uirgini : sponte primũ. est.n.affinis: deinde etiam ex authoritate põtificum:nam uirgines: cũ ui morbi ex atrio Vestae cogũtur excedere : matronarum curae:custodiaeq; mandantur: quo munere Fãnia dũ sedulo fungitur hoc discrimine implicita est.insidens febris:tussis:orexis:summa macies:summa defectio:animus tantum : & spiritus uiget Heluidio marito: Thrasea patre dignissimus. reliqua labũtur:meq; non metu tantum:uerum etiam dolore conficiunt.doleo enim foeminam maximam eripi oculis ciuitatis : nescio an aliquid simile uisurus.quae castitas illi? quae sanctitas? quae grauitas? quanta constantia? bis maritum sequuta in exilium est, Tertio ipsa propter maritum relegata.nam cum Senectio reus esset:ꝙ de uita Heluidii libros cõposuisset : rogatũq; se a Fãnia i defensione dixisset: quaerẽte minaciter Metio Caro an rogasset:respondit rogaui:an cõmẽtarios scripturo dedisset:dedi:an sciẽte matre : nesciẽte.Postremo nullã uocẽ cedẽtẽ periculo emisit. Quinetiã illos ipsos libros:quáquam ex necessitate;& metu tẽpoꝝ abolitos Senatuscõsulto publicatis bonis seruauit:habuit:tulitq; in exilium exilii causam.eadẽ q̄ iocunda:q̄ comis:q̄ deniq;:quod paucis datum est: non minus amabilis: q̄ ueneranda

ANgit. Fanniae ualitudinem honestissima causa contractam apud Priscum Dolenter fert: ibiq; multa de illius sanctitate : grauitate : constantia enumerat:quantaq; cum eius matre fuerit sibi amicicia sanctissimis uerbis prosequitur : & filiae longiorem uitam precatur. Fanniae.quae fuit Heluidii uxor & Thraseae filia. Assidet. officii causa. astat. Virgini. uestali. Affinis. eius Iuniae : nec mirum si sponte assedit. Authoritate.iussu. Pontificum. qui curabant uestales. unde Gellius libro primo. uirgo uestalis simul est capta : & in atrium Vestae deducta : & pontificibus tradita est. Ex atrio Vestae. ex domo uestalium templo Vestae coniuncta inter Capitolium & palatium.

Discrimine.ualitudine. Insidens.continua : latens. Orexis. nausea : uomitus. Iuuenalis. rabidam facturus orexim: sed is ab eo quod praecedit ad id ꝙ sequitur sumpsisse potuit pro appetentia ut satyra undecimo.hinc surgit orexis : hinc stomacho bilis : Lampridio in Heliogaballo : orexim conuiuio hanc esse asserente. nam ὀρέγομαι a quo orexis: non modo appeto sed excito plaerunq; significat.

Orexis.

Dignissimus. simillimus & per id maximus. Heluidio marito. Fannia maritum habuit Heluidium Priscum : & patrem Petum Thraseam. Reliqua. corporis uires: & habitudo. Labuntur.absumuntur. Oculis ciuitatis. a conspectu Romanorum:quibus erat exemplum uirtutis. Simile. tam laudabile. Bis. primo sub Nerone: secundo. sub Vespasiano. Senectio reus. nos inquit Tacitus de causis corruptae eloquentiae : innocenti sanguine Senectio perfudit. accusatus enim fuit a Caro delatore sub Domitiano ꝙ uitam Heluidii Prisci conscripsisset : mox reus ꝙ nullum magistratum post Quaesturam petiuisset damnatus est referente Dione. Dixisset.Senectio. Rogatum.ut uitam mariti scriberet. In defensione.sui:ut per id se defenderet. Metio Caro.delatore notissimo sub Domitiano. Quaerente. interrogante Fanniam. Respondit.Fannia. Commentarios.indices rerum a marito suo gestarum. Scripturo.Senectioni. Matre.Arria:quae tũc uiuebat. Nesciente.respõdit Fannia se id fecisse inscia matre. Cedentem periculo.per quam uideretur uelle iminens piculum uitare. Libros.editos a Senectione de uita mariti.
Abolitos sublatos.dato triumuiris ministerio ut monumẽta clarissimoꝝ uiroꝝ in foro cõburerẽtur

nam fuit Domitianus: quamuis in principatus initio poeticæ studiosus uideretur: studiis inimicus: primum philosophis urbe submotis: & Hermogene propter quasdam in historia figuras occiso: librariis etiam qui eam descripserant crucifixis. Publicatis. redactis in ærarium. Exilii causam. Heluidii ultam edità a Senectione. Eadem. Fannia. Comis. faceta. Quod paucis datũ est: ut possint simul amari & uenerari. Nec erit. nulla mulier postea in urbe inuenietur. Sic. quemadmodum Fanniam. Leguntur: monumentis litterarum celebrantur. Domus. Heluidii liberi. Nutare. minari ruinam. Posteros. siue hæc epistola scripta fuerit ante illam ex libro quarto ubi meminit duas Heluidii filias interiisse: & intelligamus tres liberos duas fœminas & marem: siue tantum marem nomine Velium Heluidium: cui Fannia nouerca fuit. Quantis enim uirtutibus. sensus est. licet in familia Heluidii adhuc supersint posteri: tamen necesse est: ut hi summis uirtutibus nitantur: ne ista uideatur fuisse extrema in sua domo. Nouissima. quæ sola ob uirtutes post maritum & maiores nominetur. nam uere dici possunt suæ domus nouissimi: qui uirtute præditi nullos sibi suorum similes reliquerunt. Illam. Arriam admirandam. Illustrius. magis famosum & celebratum. Fœminæ. Fanniæ. Rursus. quia cum hæc Secundus scriberet ex humanis excesserat Arria. Hæc. Fannia. Vt reddit. sicut in omnibus uirtutibus matrem repræsentat. Aufert. iterum tollet a nobis. Nouo uulnere. morte Fanniæ: & per eam matris interitus recordatione. Rescisso. renouato. dolore Arriæ. Discerni. cognosci. quia pari charitate certabant. In aduersis. nam relegatarum solatium fuit: & reuersarum ultor: cum Publicium certum Heluidii accusatorem reum peregit. Non fæci tamen paria. non reddidi illis paria beneficia idest quæ merebantur. modus dicendi elegans & circumcisus. idem in panagyrico. solus ergo adhuc qui pro munere tanto paria accipiendo fæcisti: Nazarius: ambo benigni ratiocinatores officiorum paria fæcistis. Sceuola de statu liberis quærit quid sit paria facere: & post multa: paria facere interpræ tatur reddere iustas rões: & totũ debitũ soluere. Callistratus de iure imũitatis accipit paria fisco fæcisse pro satisfecisse & satisdedisse. Seruari. diutius uiuere.

nec quã postea uxoribus nr̃is ostentare possĩmus erit: a q̃ uiri quoq; fortitudinis exẽpla sumamus: quã sic cernẽtes: audiẽtesq; miremur: ut illas q̃ leguntur. ac mihi domus ipa nutare: cõuulsaq; sedibus suis ruitura supra uidetur: licet adhuc posteros habeat. quãtis. n. uirtutibus: quãtisq; factis adseq̃ntur: ut hæc nõ nouissima occiderit: me q̃dẽ etiã illud adfligit: & torquet: q matrẽ eius illã (nihil possum illustrius dicere) tãtæ fœminæ matrẽ rursus uideor amittere: q̃ hæc: ut reddit: ac refert nobis: sic aufert secũ: meq; & nouo pariter: & rescisso uulnere adficiet. utrãq; colui: utrãq; dilexi: utrã magis nescio: nec discerni uolebãt. habuerũt officia mea ĩ secũdis: habuerũt ĩ aduersis. Ego solatiũ relegatarum: ego ultor reuersarum. nõ fæci tñ paria: atq; eo magis hãc cupio seruari: ut mihi soluendi tpa supsint. In his erã curis: cũ scriberẽ ad te: quas si deus aliqs ĩ gaudiũ uerterit: de metu nõ querar.

C. Plinius Tacito. S.

Librũ tuũ legi: & quã diligẽtissime potui adnotaui: quæ cõmutãda: quæ eximẽda arbitrarer. nã: & ego uerum dicere assueui: & tu libẽter audire. Neq; enim ulli patiẽtius reprehẽduntur: q̃ q maxĩe laudari merẽtur. Nũc a te librũ meũ cũ adnotatiõibus tuis expecto. O iucũdas. O pulchras uices q̃ me delectant. q si q̃ posteris cura nr̃i usquequaq; narrabit: qua cõcordia: simplicitate: fide uixerimus. erit rarum: & isigne duos hoĩes dignitate: & ætate ppe modũ æquales: nõnullius in litteris nois (Cogor. n. de te quoq; parcius dicere: quia de me simul dico) alterum alterius studia fouisse. Equidẽ adolescẽtulus: cũ iam tua fama: gloriaq; floreret: te sequi: tibi lõgo: sed

Librum. quamuis sæpius alibi testentur epistolæ Secundi quanta coniunctus. Tacito fuerit amicicia: Nulla tamen magis utriusq; familiaritatem & coniunctionem quam ista recludit: ut & studia & famam communem habuisse cognoscatur: seq; totum ab ineunte ætate ad imitandum Tacitum dederit. Commutanda. aliter dicenda. Eximenda. pœnitus tollenda. Adnotationibus. emendationibus. Librum. quem pariter Tacito miserat emendandum. Quam me delectat. ista emendandi uicissitudo. Vsque quaq;. semper. Insigne. præclarum. Aetate propemodum. nam Secundus iunior erat. Nominis. famæ. Parcius. quia dixerat alicuius & nõ magni nois: ut debuisset de Tacito loqui: sed cũ se quoq; cõplexus esset arrogantiæ uitandæ gratiæ utriusq; facultatem minuit. Fouisse. excoluisse: emendasse.

Paria facere

Tibi longo. gaudet Secūdus suis epistolis inserere Virgiliana carmina: hic enim libro quinto inquit. Primus abit: longeq; ante omnia corpora Nisus Emicat: huic longo sed proximus interuallo Insequitur Salius. proximus igitur Tacito Secundus erat in eloquentia sed longo interuallo. talis fuit Alcinoi sententia de eo poeta: qui futurus erat Virgilio proximus. inquit enim Longe erit a primo quisq; secūdus erit. Proximus. propter imitationem tui. non q tunc non essent clariores me. Similitudo naturæ. quæ multum facit ad conciliandam amiciciam: nam authore Columella similia similibus faciliora facit natura: bonum bono aptissimum: & malum malo: hinc Aruns Tarquinius & Tullia minor ingenio truci breui conuenere. Imitabilis. facilis ad imitandum. Imitandus. imitari dignus. Si quis de studiis fermo. si quis loquitur qui in urbe sint eloquentissimi: & studiorum amantissimi. Vna nominamur. libro octauo. hunc locum declarat. narrabat inquit mihi Cor. Tacitus sedisse Circensibus proximum equiti Ro. hunc post uarios eruditosq; sermones requisisse italicus es? an prouincialis? se respondisse: nosti me: & quidem ex studiis: ad hoc illum: Tacitus es? an Plinius? Nec desunt. sunt in urbe nostra. Præferantur. præponantur nobis. tanquam doctiores. In hoc primus. si doctior te ab aliquibus credor: tunc me omnium qui sunt in urbe doctissimum credo. quia te secundum faciunt: si uero te primum alii putant: tunc secundum doctum me existimo: quia tua uestigia penitus sequor. tanti facit Taciti doctrinam: latenter tamen innuit se fuisse doctissimos qui tunc erāt romanorum. Te stamentis. subscribendis & signandis: quibus tibi primum: mihi secundum locum conceduntur in legatis: quibus primi nominamur. Amicissimus. qui alterum alteri pro amicicia præponat. Spectant. tēdunt: conueniunt.

Similitudo morū.

proximus īteruallo: & eē: & haberi cōcupiscebā: & erāt mlta clarissima īgēia. Sed tu mihi (ita similitudo natur ferebat) maxīe imitabilis: maxīe imitādus uidebaris. quo magis gaudeo: q siqs de studiis sermo: una noiamur: & ego d te: tu de me loquētibus statim occurris. nec desūt q utriq; nostrū pferant. Sed nō nihil interest mea quo loco iūgimur. nā ī hoc primus: qa tu pximus: & ego pximus: quia tu primus. quinetiā in testamentis debes adnotasse: nisi qs forte alterutri nostrū amicissimus. q omnia huc spectāt: ut īuicē ardentius diligāus: cū tot uinculis nos studia: mores: fama: sūpma deniq; hominū iudicia cōstringāt. Vale.

C. Plinius Cornuto. S.

Pareo collega charissime: & infirmitati oculorū: ut iubes: cōsulo. nam: & huc tecto uehiculo undiq; īclusus: qsi ī cubiculo pueni: & hic nō stilo modo: uerūetiā lectiōibus difficulter: sed abstīeo: solisq; auribus studeo. cubicula obductis uelis opaca: nec tamē obscura facio. Cryptoporticus quoq; adoptis inferioribus fenestris tm̄ umbræ quatū luminis habēt. sic paulatī; lucē ferre cōdisco. Balineū assumo: & pdest Vinū nō nocet: parcissime tn̄: ita assueui: & nūc custos adest. Gallinas ut a te missas libēter accepi: quas satis acribus oculis quāquam adhuc lippis pinguissimas uidi. Vale.

Pareo. Cornuto monenti ut infirmitati oculorum cōsuleret: ordinem uitæ suæ enumerat: & pro gallinis missis cum amico iocatur. Collega. uel ī præfectura ærarii uel in cōsulatu: nam utrunq; magistratum simul gessere. Huc. in Thuscos. Tecto uehiculo inclusus. circumcluso recubans uehiculo: ac si essem in cubiculo. Stilo. compositione. scriptura. Sed abstineo. sed tamen abstineo quamuis difficulter. Auribus. alio legente. Opaca aliquantulum inumbrata. sub obscura. Celsus præcipit in lippitudinis curatione primo die loco obscuro cubare: & a sermone abstinere. Cryptoporticus. latētes porticus: in quibus uersor. Inferioribus. inferiori parte. Tantū umbræ. a dimidio inferiori. Luminis. a dimidio superiori ubi fenestrarum pars fuit adaperta. Balineum. curatur lippitudo secundum Celsum balineo: uino: qete: abstinētia. Custos. qui phibet ne supra modum bibam. Te. amicissimo. Acribus intentis: acutis. Lippis. cœcutientibus ab oculis lacryma destillante.

C. Plinius Falconi. S.

Minus miraberis me tā īstāter petīsse: ut in amicū meū cōferres tribunatū: cum scieris: quis ille: qualisq;. Possum autē iā tibi: & nomē īdicare: & describere i pm: postq pol liceris. Est Cornelius Munitius Acilianus orna-

Minus. idicat Falcōi Munitiū p quo ipetrauerat tribūatū eē uirū dignitate: natalibus: facultatibus & studiis summū. Petisse. fortasse corā: nam nō extant ullæ litteræ: qbus hunc petierit

Regionis meæ.transpadanæ:ná erat Cor.Monitius Acillanus Brixiensis. Amat studia. studiosus est, Vt solent pauperes.qui urgente rerű inopia student ardentissime:nec ullis uoluptatű illecebris emolliuntur:sed per ardua quæq; prorumpunt.ad hoc extat græcum illud elogiű.πενια σοφιαν ελαχε, idest paupertas sapientiam sortita est:quando quidé pauperes multis artibus student:& secundum Senecam:immo quotidianam experientiam:hominem experiri multa paupertas docet:Iuuenalis satyra.viii. inquit paupetes ad studia perspicaciores.tamen ima plebe quiritě Facundű inuenies: soler hic defendere causas Nobilis indocti: ueniet de plebe togata:Qui iuris nodos: & legű ænigmata soluat. Credes.tráfferendo in eű tribunatum. Propius.melius.familiarius. Titulis.laudibus. Elatius.gloriosius.magnificentius.

Pauperes studiosiores.

mentű regionis meæ:seu dignitate:seu moribus. natus splédide.abűdat facultatibus.amat studia ut solét pauperes.Idé rectissimus iudex: fortissimus aduocatus : amicus fidelissimus . accœpisse te bñficiű credes : cű propius inspexeris hominé oibus honoribus:oibus titulis(nihil uolo elatius de modestissimo uiro dicere)parem.

C.Plinius Fabato Prosocero.S.

Audeo quidé esse te tam forté : ut Mediolani occurrere Tyrői possis . Sed ut pseueres eé tá fortis rogo:ne tibi cőtra rőnem ætatis tantű laboris iniungas.quinimmo denuncio:ut illű:& domi:& itra domű: atq; itra cubiculi limé expectes .&.n. cű a me ut frater diligaťsñ debetab eo qué ego parétis loco obseruo exigere: officiű:qđ paréti suo remisisset. Vale.

C.Plinius Geminio.S.

Ommidia q̃dratilla paulo minus octogesimo ætatis áno decessit usq; ad nouissimá ualitudiné uiridis:atq; etia3 ultra matronalé modű cőpacto corpore : & robusto. decessit honestissimo testaméto. Reliq̃t hæredes ex besse nepoté:ex tertia pte nepté. Nepté pa⁊ noui.nepoté familiarissime diligo adolescété singularé:nec iis tm̃: quos sanguie attigit ite r ꝓpinquos amádű. Ac primű cőspicuus forma oés sermones malignoꝝ: & puer:& iuuenis euasit: itra q̃rtű:& uigesimű annű maritus:& si deus annuisset pr̃ uixit i cőtubernio auiæ delicate: seuerissime: & tñ obsequétissime. Habebat illa Pantomimos.fouebat effusi⁹:q̃ pricipi fœmiæ cőueniret. Hos Quadratillus:ñ i theatro:nő domi spectabat:nec illa exigebat. Audiui ipsá:cű mihi cőmédaret nepotis sui studia:solere se ut fœminá i illo ocio senii laxar eaíu3 lusu calculoꝝ:soleŕ spectare Pátomíos suos:S3 cű factura eét alterutrű:sp


Audeo.monet Fabatű ut domi præstoleť Tyronis aduentű:neque in itinere ei occurret. Tyroni Calestrio Tyroni procősuli proficiscenti i Hispaniá. Perseueres.cőserues hác tuá fortitudiné quiete. Aetatis. admodű senilis. Domi.Comi. Domű. tuam priuatam. Ab eo.a te. Officium. occurrendi obuiá in itinere. Remisisset, condonasset.noluisset.


Ommidia . Quadratilla Quadratillum nepotem modestissimum tanta reuerentia educauit : ut quoties uellet spectare pantomimos siue ludere : calculis iuberet illű abire : quod post mortem auiæ cum resciisset Secundus cum magna admiratione: & gaudio ré totá Geminio per epistolam exposuit. Commidia. frequentior lectio habet Numidia. Viridis. robusta: fortis. Cőpacto. neruoso. Honestissimo testamento . condito suo testamento cum prudentia : unde maximű retulit honoré. Besse.duabus tertiis. Tertia parte:assis idest ex triente:nam besse: & triente.uniuersa hæreditas exhauritur. Nec amandű . nepos Quadratillæ nec tantű est amandus inter propinquos quos attingit sanguine:sed ab aliis etiam. Propinquos quos attingit sanguine . ná sunt : & aliarű rerű propinqui:ut ædiű:ut agrorű.

Malignorű. maledicorű. quia Lis est cű forma magna pudiciciæ. Maritus ducés uxoré.Si deus annuisset. ná uxor ei⁹ fæcit abortum.Auiæ.Quadratillæ. Delicate. in uictu: & uestitu. Seuerissime.in moꝝ cura. Obsequentissime.libentissime. Illa.Quadratilla. Pantomimos.omniű gesticulatores . Fouebat effusius. supra modű horű gesticulationes amplectabatur.

Principi fœminæ . inter prias urbis fœmias dignitate:diuitiis authoritate.Quadratill⁹.nepos.Quadratillæ. Exigebat.permittebat ut spectaret.Ocio senii.in illa ætate cőfecta:q̃ senibus ociű cőpetit. Vt fœmia. q̃ ciuilib⁹ negociis:neq; externis ullis distrigiť. Calculoꝝ.schacoꝝ de q̃bus Mart.Insidiosorű si ludis bella latronű Gemmœ⁹iste tibi miles & hostis erit:Ouid.i arte Siue latrocinii sub imagie calculus ibit:Fac ꝑeat uitreo

miles ab hoste tuus. Reuerentia.ut se reueretur. Productis.theatro assignatis. Cōmissione. certami
Ludi sacerdotales. ne. Proximis.nuper editis. Sacerdotalibus ludis.sacris certaminibus: Tacitus in Nerone: quia reddi-
ti q̄q̄ scenæ pantomimi:certaminibus sacris prohibebantur:eis faciundis præerant ædiles. dicti autē sa
cerdotales:& sacri:quod diis sacri essent.in quos sic inuehitur diuus Augustinus . ueniebamus nos etiā
aliquando adolescentes ad spectacula:ludibriaq; sacrilegiorum:spectabamus arrepticios:audiebam⁹ sym
phoniacos ludis turpissimis:qui diis deabusq; exibebant:oblectabamur cœlesti uirgini: & berecynthiæ
matri deorum omnium : ante cuius lectum
die solemni lauatiōis eius: talia per publi-
cum cantabantur a nequissimis scenicis:
qualia nec matrem ipsorum scenicorum
deceret audire : cur ergo ludi scenici ubi
hæc lasciua dictitantur: cantitantur: acti-
tantur: deorum honoribus exhibentur:in
ter res diuinas a doctissimis conscribunt?
nota historia Titi Latini Rustici: cui cum
sæpius in somnis dictū esset in senatu nū-
ciaret: ut ludi romani instaurarentur: nec
statim paruisset amisso filio ipse æger tan
dem rem in curia exposuit statim recupe-
rata ualitudine : quo commotus senatus
quadruplicata pecūia ludos cēsuit instau-
rari:in quibus poetica numinum crīa fre-
quentabantur:corruptorē pudiciciæ Iouē
turpissimi histriones cantabant: agebant:
placabant.originē horum ludorū plurib⁹
refert Liuius.vii.ab urbe condita: & ab sa
no principio uenisse suis tēporibus in uix
opulenti regni tolerabilem insaniam. Li
bertum.mimum. Nepos hoc . dixit hoc
Quadratillus. Alienissimi.nullo uinculo
Pātomimi affinitatis Quadratillæ coniuncti panto-
mimi. Per adulationis officium.cum ue-
re potius adularentur Quadratillæ imi-
tando omnia illius. Cursitabant.per hæc monstratur pantomimorum ars: quorum erat in omni ludo
rum uarietate suam operam præstare: nam scenæ seruientes omnes edocti ludos fuerant : inde nomen
traxisse ab imitatione omnium.παντα enim omnia:& μιμησια imitatio.duorum eorum genera: alii
qui scenici:alii mythici.exactum id genus hominum sæpius ab urbe:& frequenter reductum. Mirabā
tur. durat adhuc nescio quid tale nostris temporibus cum producūtur inter se mirantes:stupentes:sub
sanantes:cursitantes uiri fœminæq; cum cimbalis. Reddebant. repræsentabant:effigiabant.imitabā
tur.author est Tranqui.mimos in funeribus solitos reddere omnes defuncti gestus.sed inquit in funere
Vespasiani archimimus personam eius ferens imitansq;: ut mos est:facta ac dicta uiri: interrogatis pa-
lam procuratoribus quanti funus:& pompa constaret:ut audiit sextertium centies: exclamauit centum
sibi sextertia darent:ac se uel in Tyberim proiicerent. Exiguissima legata. paruam pecuniam relictam
sibi testamento. Theatralis operæ.artis suæ histrionicæ:quam præstiterunt in theatro ī honorē Qua
Theatralis ars. dratillæ:sic Tacit⁹ theatrales artes scenicas appellauit. Corollarium.appēdicem:id quod additur præ
ter debitum:uocabulum fictum a corollis: quod actoribus in scena:qui placuerant: dari solitæ forent.
Corollariū Plinius senior Corollarium cœnam Cleopatræ quotidianam dixit: eo quod esset tanq̄ superflua spōsio
ni centum sextertium cum Antonio duos illos uniones absumptura. Apuleius secundo sui asini. modo
corollariū idoneum cōpares. idest modo dones aliquod munus idoneū ultra pactam mercedem:& ter-
tio. Fotis puerile obtulit corollarium. Tranqui. corollaria: & præmia alienis quoq; muneribus ac ludis:
Cassius Longinus. & crebra:& grandia de suo offerebat. Retractare.renouare. Cassianæ scholæ princeps.C.Cassius Lō
ginus:qui iurisperitia successit Sabino:& in ea facultate sui temporis facile princeps natus ex Tubero-
nis filia:quæ fuit neptis Seruii Sulpitii;& ideo proauum suum Seruium Sulpitium appellabat:is:& con-
sulatum gessit cū Quinto Aterio temporibus Tiberii : a Nerone cum maximæ authoritatis ī ciuitate
esset expulsus in sardiniā: & a Vespasiano reuocatus diē suum obiit . menda inoleuit apud Pomponiū
Iuriscon.ff.i.ubi nō a Nerone:sed a Tiberio Cassiū deportatū in Sardiniā scribitur qui fieri hoc potuit:
cū eundē legamus apud Tacitū p̄fectū Syriæ sub Claudio legū peritia p̄eminētē:priscū morē reuocātē:
legiones exercentē:cura: prouisu p̄inde agentē:ac si hostis ingrueret: ita dignū maioribus suis: & familia

se nepoti suo p̄cepisse: abiret:studeretq;. Quod
mihi non amore eius magis facere:q̄ reuerētia ui-
debatur. Miraberis: & ego miratus sum : proxi-
mis sacerdotalibus ludis productis in commissio
ne pantomimis:cum simul theatro ego : & Qua
dratillus egrederēur:ait mihi: scis me hodie pri-
mū uidisse saltātē auiæ meæ libertum? Hoc ne-
pos. at mehercule alienissimi hoīes in honorem
Quadratillæ (pudet me dixisse honorē p adula-
tionis officiū) in theatrū cursitabant:exultabāt:
plaudebant: mirabantur : ac deinde singulos ge-
stus dominæ cū canticis reddebant:qui nunc exi
guissima legata theatralis operæ Corollariū ac
cipiēt ab hærede: q nō spectabat. hæc scripsi pri-
mū quia soles:si quid incidit noui:nō ignotus audi
re:deinde quia iucundū ē mihi in hoc:qđ cœpe-
rim gaudiū scribēdo retractare.gaudeo.n.pieta-
te defunctæ:honore optimi iuuenis. lætor ēt: q
domus aliqn̄.C.Cassii: huius: q Cassianæ scholæ
priceps:& parens fuit:seruiet domino nō minori

Cassia ratū:missum sub Nerone ad sedandū tumultū populi:sæpe lūc ī senatu snīam dixisse:demū ,phi bitū ab officio exequiaꝝ Poppeæ:& a senatu motu nullo crie:nisi ꝙ uetustis opibus:& grauitate morū pcellebat:obiectūq; ꝙ inter imagines maiorū ēt.C.Cassii effigiē coluisset ita inscriptā duci ptiū:& ꝙ.L. Syllanū ad discordias sibi assumpsisset: tandē senatusconsulto exiliū decretū: & in Sardiniā deportarū. Implebit.honoribus & fama. Et excedet.superabit gloriā Longini.alia lectio nō iportuna hēr ut decebit.i.ut dignū maioribus suis:& sibi erit. Reddet.restituet. Tātus.tāti nois. Ille.C.Cassius Lōginus iurisperitia excellens.

Implebit.n. illam Q uadratillus meus: & excedet:rursusq; & pristinam dignitatē: celebritatē: gloriam reddet:cum tantus orator inde ,pcedet: quantus iuris ille consultus. Vale.

C.Plinius Rufo.S.

Q uantū eruditoꝝ:aut modestia ipsoꝝ: aut quies operit: ac subtrahit famæ. at nos eos tm̄ dicturi aliquid: aut lecturi timemus:qui studia sua ,pferunt:cū illi q tacent: hoc amplius pstent: ꝙ maximū opus silētio reuerent.exptus scribo:qd scribo.Terentius Iunior equestribus militiis:atq; etiā ,pcuratiōe Narbonēsis ,puīciæ itegerrie functus recœpit se i agros suos: paratisq; honoribus trāquillissimū ociū ptulit.Hūc ego inuitatus hospitio:ut bonū patrē familiæ:ut diligētē agricolā ītuebar:de his locuturus:i qbus illū uersari putabā:& cœperā: cum ille me doctissimo sermōe reuocauit ad studia.q tersa oīa tā latina:q̄ græca. Nā tm̄ utraq; lingua ualet:ut ea magis uideat excellere:qua tū maxime loquit. quātū ille legit:q̄ntū tenet. Athenis uiuere hoīem:nō i uilla putes.Q uid multa?auxit solicitudinē meā:effecitq;:ut illis:quos doctissimos noui nō minus hos seductos:& q̄si rusticos uerear.Idē suadeo tibi:sunt.n.ut i castris:sic etiā in litteris nostris plures cultu pagano:quos cin

Quantum. exemplo Terentii Iunioris Rufum monet quandoq; doctrinā:& eloquētiā latere i habitu pagano:hospitio.n. ab illo ruri susceptus cū de quibus rusticis Secūdus loqui cœpisset: statim sermōe utroq; purissimo a Terētio reuocatus est ad studia. Quantū.magnū numerum. Modestia.reticētia.nō iactatio. Quies.secessus. Operit. obscurat. incognitū reddit. Dicturi:acturi causas.Lecturi.recitaturi. Proferūt. ostēdunt: publicant. Illi. docti. Amplius pstant.plus faciūt. Maximū opus.studia. Terentius Iunior. Terentiū Max.Cæsaris in Bithynia ,pcuratorē ex epl'a Domitiani cōiectare licet. apud Iosephū inuenio Terentiū Rufum cū Tito in oppugnatione Hierosolymaꝝ.Terētium Gentianū Adrianus detestatus est:ꝙ uideret diligi a senatu tanq̄ iperatorē futurū. Terētiū Priscū Mart. carie celebrat tanq̄ poetaꝝ psidiū. ad Iuniorē libro.viii. scribit Secūdus. Equestribus. ꝙ erat honestius q̄ pedestribus. Procuratiōe Narbonensis.fuit ,pcurator Cæsaris in Gallia Narbonēsi. Narbonēsis ,puincia Pars Galliarū:q interno mari alluit: bracchata an dicta: amne Varo ab Italia discreta: alpiū que iugis: a reliqua uero Gallia latere septemtrionali Gebenna:& Iura:agrorū cultu:uirorū:morūq; dignatiōe:amplitudine opū:nulli ,puinciarū postferenda:breuiter que Italia uerius q̄ ,puincia. in ea Narbon emporium: & ciuitas: unde illa prouincia

Terentius Iunior.

Narbonēsis ,puīcia.

denominationem accœpit. Recœpit.secessit ab officiis ciuilibus. Paratis.certis:& omnino futuris. Prætulit.maluit. His.rebus rusticis:& cura familiari. Cœperam.iam loqui de his. Ad studia. ad colloquium studiorum. Tersa.nitida.splendida:limata. Tenet. meminit.in promptu habet. Athenis. quæ cunctas græciæ urbes doctrina:& eloquentia superauit. Quid multa?dicam. Vt illis.ut in litteris uerear hos seductos:& quasi rusticos non minus illis.quos noui doctissimos. Seductos. remotos a cognitione uulgi:secretos. Nostris.eloquentiæ. Cultu pagano. uiliori uestitu. paganus enim militi opponitur:& correlatiua sunt.Secundus ad Traianum.apud me:& milites:& pagani.Paulus.filiusfamilias miles similiter ut paganus Vlp. Videtur iure militari fæcisse testamentū:qui cum esset paganus fæcit testamentū:mox militare cœpit.Sceuola pariter.miles si dum paganus erat fæcerit testamērum.luue.ultima satyra Contra paganum offis:q̄ uera loquētem Contra fortunam armari.Tranqui.in Augusto admissa paganorum turba apud milites:& in Galba. ibi equites quibus mandata cædes erat: cū per publicum dimota paganorum turba equos adægissent: Vegetius:nam si doctria cesset armorum nihil paganus distabit a milite.paganus igitur erit:qui non militat. interdum paganus pro rustico: & uulgari sumitur ut apud Cic.pro domo sua:quod etiā Macrobius in Satur.interpretatur.ad hæc Vlp.inquit. diuus Marcus facultatem dedit ingrediendi tam i Cæsaris: quam senatorum: & Paganorū prædia uolentibus fugitiuos inquirere.fortasse dictus paganus a pagis urbis: q̄ Dionysius i antiquitatibus scribit in pagos hoc est regiones diuisam:siue a pagis idest uicis.diuinarū litteraꝝ scriptores paganos uocant Paganus.

oēs extra cultū Christianæ fidei: tanq̄ extra militiā ueri dei: neq̄ ueris initiatos militis. Vt in castris. ut multi sunt in castris uestitu a militia alieno: tamen fortissimi sunt: ita in litteris multi sunt obsiti pāno: & tamen eruditissimi. Cinctos: expeditos, paratos. Armatos ardentissimo ingenio. duo miscuit. militia: & doctrinam: & q̄q̄ cinctos & armatos transferri possiot ad posterius: tamen melius est: ut militiam respiciant: & ardentissimo ingenio doctrinam: ut aliquid proprii unicuiq̄ assignetur.

Vper. morbo amici scribit se admonitū dū sumus isirmi nullis uiciis detineri: quare hortat se: & Maximū ut tales uelint eē sani: q̄les isirmi se futuros spōdent. Langor. morbus: mala ualitudo. νοῖ νοσ. moraliter. i quibusdā exēplaribus abest græca dictio. q̄ nō iprobo. uerū si legerimus νοῖ νοσ lāgor. i. ethica febris: q̄ qa diutius durat: maxie molesta ē: tūc lectio melius ꝓcedet. Et satis habet q̄tulūcūq̄. cōtentus est paruo minimoq̄. Vt relictur⁹. tanq̄ oīa mox sit morte relicturus. Hominē. mortuū. Malignis. obtrectātibus. Alit. gaudet. Sūma: maxima. Euadere. sanitatē recuperare. Destinat. cōstituit. uoto ꝓsumit. Quod. uiā recte uiuēdi. Philosophi. nā philosophia medet animis: inanes sollicitudines detrahit: pellit timores: cupiditatibus liberat. Pluribus uoluminibus. M. Tulli⁹ in Thusculanis librorum multitudinem a philosophis conscriptorum notat. Tales. temperati: boni.

ctos: & armatos: & quidem ardentissimo īgenio diligentius scrutatus inuenies.

C. Plinius Maximo. S.

Vper me cuiusdā amici νοῖ νοσ languor admonuit: optimos esse nos: dū infirmi sumus. Q uē enim īfirmū aut auaritia: aut libido solicitat? nō amoribus seruit: nō appetit honores. opes neglígit: & q̄ntulūcūq̄ ut relicturus satis hēt. tūc deos: tū hoiem eē se měinit: inuidet nemini: nemínē mirat: nemínē despicit: ac ne sermōibus quidē malignis: aut attēdit: aut alit. balinea imaginat: & fontes. hæc sūma curarū: summa uotorū: mollēq̄ in posterū: & píngue: si cōtingat euadere: hoc ē innoxiā: beatāq̄ destinat uita. Possum ergo: q̄d pluribus uerbis: pluribus etiā uoluminibus philosophi docere conātur: ipse breuiter tibi: mihiq̄ ꝓcipere: ut tales eē sani ꝑseueremus: q̄les nos futuros ꝓfitēur īfirmi.

C. Plinius Suræ. S.

T mihi discēdi: & tibi docēdi facultatē ociū præbet. Igitur perquā uelim scire esse phantasmata: seu habere ꝓpriam figurā: numenq̄ aliquod putes inane: seu uanā ex metu nr̄o imaginē capere. Ego ut esse credā Iprimis eo ducor: q̄d audio accidisse Curtio Rufo

T mihi. Quærit a Sura an ueræ sint apparitiones: quæ græce phantasmata dicunt: & exēplo currii Rufi: ac Arhenodori philosophi: postremo suoꝝ cōfirmat esse uera: sed dum quærit: amicū docet. Perquam. maxime. Esse phantasmata. an ꝓculdubio sint appatitiones: & uisiones umbrarum. Diogenes: Plutarchus: Suidas: & Macrobius tradunt phantasma esse cum inter uigiliam & adultam quietem: in qua dam (ut aiūt) patria somnii nebula adhuc uigilare se existimans: qui dormire uix cœpit: irruentes i se: uel passim uagantes formas: a natura: seu magnitudine: seu specie discrepātes: uariasq̄ tempestates rerum uel lætas: uel turbulentas cernit: cui sententiæ uidetur concedere Ouidius more suo fingens phantasma esse filium somni: nam libro. xi. inquit: Regibus hi: ducibusq̄ suos ostendere uultus Nocte solent. populos alii plebemq̄ pererrant. alii phantasma uoluerunt esse ostentum prodigiosum: phantasiam uero impressionem formæ in animo. M. Tullius phantasma uisum uocauit: quoties opus ei hoc nomine fuit. deducitur autem ἀπὸ τοῦ φαντάζομαι. quod est appareo: Aristophanes etiam pro decipio usurpauit. Esse phantasmata. Lucretius libro quarto multis explicat esse phantasmata: & uolitare ultro citroque per auras: quasdam. s. tenuissimas omnium formaꝝ exuuias: & Philostratus refert Apollonio: & sociis lucente noctu Luna Lamiæ phātasma occurrisse modo i hāc: mō in aliā figurā sese conuertentē: quandoq̄ ab oculis repente euanescentem: apollonium autem quid nā id esset quāprimū nouisse: grauibusq̄ uerbis: & conuiciosis illud increpuisse: socios ut idem facerent hortatū: id enim contra huiusmodi inuasiones optimum sciebat esse medicamentum: eius dictis cū paruissent comites: stridens phantasma celeriter tanquam idolum aufugisse. Propriam. ut unum quodq̄ phantasma suam figuram habeat: neq̄ pro arbitrio possit aliam sumere. Numen. deum. Inane. aereum incorporeum. Vanam. falsam. Ex metu nostro. pro ut timemus ita credamus uidisse: quæ non uidimus. nam metus falsas oculis nr̄is imagines plærunq̄ obiicit. Esse phantasmata. Curtio Rufo. de origie Quinti Curtii Rufi: quem gladiatore genitum quidam prodidere: neque falsa prompserim: & uera exequi pudet: postquā adoleuit: sectator Quæstoris: cui Africa obtigerat: dum in oppido Adrumeti uacuis per

Phantasma

Curtius Rufus.

medium diei porticibus secretus agitat: oblata ei species muliebris ultra modum humanum: & audita est uox tu es Rufe: qui in hanc prouinciam pro consule uenies: tali omine in spem sublatus: digressusq; in urbem: & largitione amicorum: simul acri ingenio Quæsturam: & mox nobiles inter cādidatos Præturam Tiberii principis suffragio assequitur: cum hisce uerbis imperator dedecus natalium eius uelauisset. Curtius Rufus uidetur mihi ex se natus: longa post hæc senecta: & aduersus superiores tristi adulatione: arrogans minoribus: inter pares difficilis consulare imperium: triumphi insignia: ac postremo Aphricam obtinuit: atq; ibi defunctus fatale præsagium impleuit. lego in fide digno exemplari historiam de gestis Alexandri compositam a Qu. Curtio: Rufo: qui inibi fatetur fuisse sub Augusto & Tiberio. Tenuis. pauper. Obscurus. incognitus: quia obscuro loco natus. Obtinenti. Quæstori. Comes. assecla. Inclinato die: iam uergente ad uesperam: secus tamē Tacitus nam ad medium diei scripsit. Perterrito. Curtio ob uisum. Se Aphricā. se esse Aphricam: quæ sub imagine mulieris apparuisset. Prænunciam. uatem. Cum summo imperio. cum proconsulari potestate: ubi triumphalia insignia est adeptus nam i agro Machaico recluserat specus quærendis uenis argenti: unde tenuis fructus: nec in longum fuit. at legionibus cum damno labor erat fodere riuos: quæq; in aperto grauia humum infra moliri: quis subactus miles: & quia plures p prouincias similia tolerabātur: componit occultas litteras nomine exercituum precantium imperatorem: ut quibus pmissurus esset exercit⁹ triumphalia ante tribueret. Accedenti. Curtio ab urbe proficiscenti cū summo imperio. Carthaginem. ueterem. Implicitus morbo. post aliquod tempus. Futura. morte. Præteritis. prospe ris: quæ uera fuerat expertus. Aduersa. obitum. Secundis. ex rebus prosperis. Illud. factum. Idolum. umbrosa imago: phantasia corporis: quædam umbra diuersiformis. nam Hammoni⁹ idolum inquit a corpore umbrosa defluxio: aut appitio: umbrosa similitudo: aut phantasia corporis: umbra quædam aerea secundum Bacchyliden. scire autem debemus: quod phātasiam corporum præbet: intuentibus: nō substantiam uerā. idolon: deducitur. ἀπὸ τοῦ εἴδω. ab appareo. aut assimulo: similitudo enim corporis alicuius est idolon: q Fulgentius dictum autumat quasi idodinin idest speciem doloris: dum uerbi deriuationem narratæ a se fabulæ nititur accōmodare. Squalore confectus. immūdicia: & furore contectus. Promissa. longa: protensa. Horrenti. impexo. Compedes. quibus pedes continentur. Duræ. graues. Morbus sequebatur uigiliam. ex nimia uigilia morbum contrahebant domestici. Interdum. per diem. Inerrabat. obuersabatur. in secunda lectione fuit inhærebat. Longior. magis perpetuus: & assiduus. Causis timoris. idoli uiso tantum per noctem. Damnata solitudine. neglecta sola fine ullis inquilinis. Proscribebatur. hæc scripta in tabella proponebantur. Seu. legitur si. Athenodorus. Athenodorus Tarsensis stoicus philosophus insignis acri ingenio uir: cuius scripta ad Octauiam Augusti sororem citat Plutarchus: cum sciret Augustum ad res uenereas proniorem iubere quascunque libuisset fœminas curru intecto ad se deduci: quas ipse solus educeret: & forte occurrisset amico cum uxore admodum tristibus: quod ea pariter ad cubiculum imperatoris

tenuis adhuc: & obscurus obtinenti Aphricā comes hæserat. inclinato die spatiabat in porticu: offertur ei mulieris figura humana grādior: pulchriorq;: perterrito Aphricā se futurorū prænūciā dixit: & iteꝝ uenturū Romam: honoresq; gesturū: atq; etiam cum summo imperio in eandem prouinciā reuersurū: ibiq; moriturum. facta sunt oīa. Præterea accedēti Carthaginē: egredientiq; naue eadem figura i littore occurrisse narratur. Ipse certe implicitus morbo futura pteritis: aduersa secundis auguratus spem salutis nullo suorū desperante proiecit. Iam illud nonne & magis terribile? & nō minus mirū est? qd exponam: ut accœpi. Erat Athenis spaciosa: & capax domus: sed infamis: & pestilēs. p silentiū noctis sonus ferri: & si attēderes acrius: strepitus uinculorū longius primo: deide pximo reddebat. mox apparebat idolū: senex macie: & squalore confectus: pmissa barba: horrenti capillo. cruribus compedes: manibus cathenas gerebat: quatiebatq;: inde inhabitantibus tristes: duræq; noctes per metum uigilabantur. uigiliam morbus: & crescente formidie mors sequebatur. nā interdiu quoq;: quanquā abscesserat imago: memoria imaginis oculis inerrabat: longiorque causis timoris timor erat. deserta ide: & dānata solitudie domus: totaq; illi mōstro relicta: pscribebatur tamē: seu qs emere: seu quis conducere ignarus tanti mali uellet. Venit Athenas phūs Athenodorus: legit

Idolum.

Athenodorus.

deducenda foret:iussit utrosq; bono animo esse: ipseq; p muliere ensem manu tenens currū ingressus(nullo enim uidente fœminæ currum ascendebant) adoperto uehiculo ad Augustum deducitur: quem uela retegentem repente gladio adortus his quidem uerbis:deinde nō times:ne aliquis hoc pacto te trucidet?quo tamen facto nihil in eum Augustus excanduit:sed magis de cætero continentior gratias ad monitori retulit.fuit & Athenodorus Solensis Zenonis discipulus:& alius Rhodi9: qui de arte scripsit.

Titulum.propositam uendendi uel locandi inscriptionem. Precio.quod erat uile respectu magnitudinis domus. Suspecta.ne mali quid in esset:cum tam paruo exponeretur. Omnia.quæ noctu uidebantur. Tanto magis. ut pote philosophus intelligendi cupidus an uera essent: & causas huius mali cognoscendi. Sterni. parari torum. Pugillares.cæratas tabulas. Stilum. ferreum ad scribendum in pugillaribus. Interiora. secretiora domus. Oculos.ne aliud agere mentem cogerent oculi:ideoque lucubrantes silentium noctis : & clausum cubiculum : & lumen unum uelut rectos maxime teneat.omnia quæ impediát uincat intentio : quam si tota mente in opus ipsum direxeris:nihil eorum:quæ oculis: uel auribus incursant : ad animum peruenit : inde libro octauo Secundus inquit: oculi eadem quæ mens uident:quoties nō uident alia : nec imerito a Pli. seniore cor hominis dicuntur. Vacua.ociosa. non occupata in alia re. Audita:iam prænarrata. Initio.cum primum cœpit lucubrare. Concuti.concutiebať. sic sequentia infinitiua pro indicatiuis. Ille.Athenodorus. Obfirmare.obdurare. Prætendere.opponere ne tumultū aduentantis idoli audiret. Crebrescere.in maius crescere. Stabat. illa effigies pedibus inhærebat. Digito. manu. Hic.Athenodorus.

Cæris & stilo.scripturæ.lucubrationi.

Idem. ut ad se ueniret. Delapsa.deorsum euanescens. Deserit comitem. solum reliquit Athenodorum. Concerpta. in unum coaceruata. Loco quo diffugerat. Magistratus.atheniēsium præfectos.

Vinculis . circumdata. Publice.impensa publica. Conditis.tumulatis:parentatis.

Manes. Manibus. secundum Plutar. manes sunt dii terrestes: & uocari manes ait post sepulchra facta : illo tempore scilicet quo de aliis recedentes corporibus nondum in alia transierunt innoxios : & quia non sint boni per antiphrasin dictos a mane: quo quid melius? Marcellus deos manes bonos:& prosperos appellari uoluit a mane:quod melior mors sapientibus quam uita probetur.inde immanes non bonos: At Festus manes inquit dii ab auguribus uocabantur:q; per eos omnia manare credebant : eosque deos superos inferosq; dicebant. Apuleius uero.cum incertum est utrum lar sit:an larua:nomine manem. deum nuncupant: & honoris gratia dei uocabulum additum est. Tacitus Mannum Tuistionis dei filium refert. Rite sacrorum more:& factis iustis. Marcus.nomen seruis consuetum.Persius Marcus Dama. Frater.Marci.

Is.frater Marci. Admouentem.appropinquantem. Cultros.rasorios. Illuxit.dies aduenit. Iacentes in lecto sparsos. Exiguum temporis medium.idest non multo post. Simile.factum. .. Pædagogo.

titulum:auditoque precio:quia suspecta uilitas: percunctatus omnia docetur : ac nihilominus: immo tanto magis conducit . ubi cœpit aduesperascere : iubet sterni sibi in prima domus parte. poscit pugillares: stilum : lumen . suos omnes in interiora dimittit . Ipse ad scribendum animum: oculos : manum intendit : ne uacua mens audita simulachra: & inanes sibi metus fingeret.initioque quale ubique silentium noctis : deinde concuti ferrum:uincula moueri. ille nō tollere oculos: nō remittere stilum:sed offirmare animum: auribusque manum prætēdere . tum crebrescere fragor : aduentare etiam: in limine iam : & intra limen audiri. respicit:uidet : agnoscitque narratam sibi effigiem. stabat : innuebatque digito similis uocanti. Hic contra: ut paulum expectaret: manu significat: rursusque cæris: & stilo incumbit : illa scribētis capiti cathenis insonabat. respicit rursus idem:quod prius innuentem. nec moratus tollit lumen:& sequitur. ibat illa lento gradu quasi grauis uinculis. postquam deflexit ī aream domus repente delapsa deserit comitem. desertus herbas : & folia concerpta signum loco ponit.Postero die adit magistratus. monet ut illū locū effodi iubeāt.inueniūt ossa inserta cathenis:& īplicita: q̄ corpus æuo: terraq; putrefactū nuda:& exesa reliq̄rat uinculis.collecta publice sepeliunť. Domus postea rite conditis manibus caruit.& hoc q̄dē adfirmātibus credo: illud adfirmare aliis possum . Est libertus mihi Marcus nō illitteratus:cū hoc minor frater eodem lecto

quiescebat. Is uisus est cernere quendam in toro residentē: admouentemq́ capiti suo cultros: atq́ etiam ex ipso uertice amputantem capillos: ubi illuxit: ipse circa uerticem tonsus: capilli iacentes reperiuntur. Exiguum temporis medium: & rursus simile aliud priori fidem fæcit. puer in pædagio mixtus pluribus dormiebat. uenerūt per fenestras (ita narrat) in tunicis albis duo: cubantemq́ detonderunt: & qua uenerant recesserunt. Hunc quoq́ tonsum: sparsosq́ circa capillos dies ostendit. nihil notabile secutum: nisi forte: q̄ nō fui reus: futurus: si Domitianus: sub quo hoc acciderat: diutius uixisset. nam ī scrinio eius datus a Caro de me libellus inuentus est. ex quo cō iectari potest: quia ut reis moris est summittere capillum: recisos meorum capillos depulsi quod imminebat periculi signum fuisse. Proinde rogo eruditionem tuam intendas. digna res est: quam diu: multumq́ cōsideres. ne ego quidē indignus: cui copiam sententiæ tuæ facias. Licet etiam utrāque in partem: ut soles: disputes: ex altera tamen fortius: ne me suspensum: incertumq́ dimittas: cum mihi consulendi causa fuerit: ut dubitare desinerem. Vale.

C. Plinius Septitio. S.

AIs quosdam apud te reprehendisse: tanquam si amicos meos ex omni occasiōe ultra modum laudem: agnosco crimen: amplector etiam. quid enim honestius culpa benignitatis: qui sunt tñ isti: qui amicos meos melius norint: qui inuident mihi felicissimo errorem: Vt enim non sint tales: ut a me prædicantur. Ego tamen beatus: quod mihi uidentur. Igitur ad alios hanc sinistram diligētiam conferāt. nec sunt pauci: qui carpere amicos suos iudicium uocant. mihi nunquā persuadebūt: ut meos amari a me nimis unquam putem.

C. Plinius Montano. S.

RIdebis: deinde indignaberis: si legeris: quod nisi legeris: non potes credere. Est uia Tiburtina intra primum lapidem (proxime adnotaui) monumentum Pallantis ita inscriptum. Huic Senatus ob fidem: pie-

membrum ē pædagium domus: ī quo serui commorantur: hic pro cubiculo seruorum. In tunicis albis. induti tunicis candidis. Secutum. mihi per hæc. Futurus. reus omnino. Libellus. accusatio. Datus a Caro. porrecta Domitiano a Metio Caro delatore aduersum me. In scrinio eius. in armario arcanorū Domitiani scriptorum. Vel in crinem eius. sicut passim habetur: q̄ scilicet Carus Secundum accusasset tanquam raritati capillorum imperatoris illusisset: nam Domitianus authore Tranqui. caluitio offendebatur. Submittere. in longitudinem demittere: olim enim uiri non alebant comā: sed breuib⁹ admodum capillis contenti nisi tantum ī moerore: tūc barbam & capillum promittebant. Recisos capillos. Suidas tōdere capillos de uertice uult p/otendere detrimētum rerum sic capillum decidere magnū periculum. Meorum. puerorum. Depulsi. euitati morte Domitiani. Intēdas eruditionem. cū sis eruditus diligenter & acriter pensites. Altera. qua negabis eē phātasmata.

Pædagiú

AIs. notabant Secundum nonnulli quod amicos suos ex quantalibet occasione supra modum laudaret: qua re per Septitium intellecta: respondet neminem magis cognoscere suos quam se: neque peccare: dū maxime amat: quos amandos putat. Repræhendisse. me. Agnosco crimen. intelligo errorem meum: si tamen error est. Amplector. libenter in hoc pecco. Culpa benignitatis. peccare quod nimium benignus sis. Melius norint: quam ego nouerim: & ideo dicant me illos nimium commendare. Felicissimo. qui tales amicos habeam uel putem habere. Vt quamuis. Tales. tanta digni laude. Sinistram. malam: iniquam. Conferant. trāsferant. Carpere. uellicare: notare. Iudiciū. quod ostendentibus causis dignoscitur: quamuis re uera non sit iudicium: sed odium: & maleuolentia.

RIdebis. epitaphium in palantis sepulchro tanquam nimis honorificum apud Montanū indignat: postrēo deridet: & negligit. Curtius Montanus senator: cuius uentrē Iuuenalis exagitat. Tiburtia. quæ ab urbe Tibur ducit. Lapidē. miliariū: nam antiquitas p certa spacia lapidibus erectis miliaria signabat. Pallantis. q seruus deinde Claudii Cæsaris libertus tm̄ gr̄a ualuit apud principē ut ipso & Narcisso impellentibus Appium Syllanū nobilissimū

Mōtanus Pallas.

Misenoꝝ ciuitas libera:& fœderata bn̄ficio idulgētię tuę legib⁹ suis utit. ī hac datū mihi libellū ad Eranos ptinētē his lr̄is subieci:ut tu dn̄e dispiceres: quid:& q̄tenus: aut permittendū:aut phibēdū putares.

Traianus Imp.C.Plinio.S.



Misenos : quorū libellum epistolæ tuæ iunxeras:si legibus istorū quibus de officio fœderis utuntur:concessum est : Eranos habere possumus:quo minus habeas impedire:eo facilius si tali collatione non ad turbas:nec ad illicitos cœtus sed ad sustinendam tenuiorum inopiā utuntur.in cæteris ciuitatibus : quæ nr̄o iure obstrictę sunt:res huiusmodi phibēda ē.

C.Plinius Traiano Imp.S.



Vetoniū Tranquillū probissimū: honestissimum:eruditissimum uirum:& mores eius secutus:& studia iā ptidem domine in contuberniū assumpsi.tātoq; magis diligere cœpi:quāto hunc propius inspexi.huic ius trium liberorū necessarium faciūt duę causæ:nā:& iudicia amicorum pmeretur:& parū felix matrimonium expertus est:impetrandūq; a bonitate tua per nos habet quod illi fortunæ malignitas denegauit.Scio dn̄e quantū beneficiū petā: sed peto a te:cuius ī oibus desyderiis meis idulgētiā expior.potes.n.colligere quātopere cupiā: qd̄ nō rogarē absens si mediocriter cuperē.

Traianus Imp.C.Plinio.S.


Vam parce.reſcribit Traianus dediſſe quod petierat. Hæc beneficia.ius trium natorum qđ qui conſecutus fuiſſet multis prærogatiuis muniebatur. Numerum. ſummam : nam uerbi cauſa in ſenatu promiſerat ſe conceſſurum ius trium natorum mile tantum uiris: quem numerum nondum exceſſerat. Ampliſſimum ordinem.ſenatores:ſic enim.M.Tullius frequenter appellat:quia ex tribus in urbe maximus erat. Profeſſus ſum mihi.mea ſponte promiſi. Suffecturum.ſubrogaturum:ſubſtituturũ mortuis:quibus id ius fuerat.non autem. Suffecturũ mihi. ideſt poſiturũ loco meo: niſi quis interpretet ſuffecturum mihi:ſatiſfacturũ mihi:nam ſufficere ſatis eſſe ſignificat uulgatis authoritatibus. Subſcripſi.faui:annui:pmiſi.Columella:q ſi uoto fortũa ſubſcribit : agrũ habebimus ſalubri cœlo.Tertullianus. leges ſumptuariæ abierunt: quæ centũ æra nõ amplius in cœnam ſubſcribi iubebãt.


Vam patce hæc beneficia tribuam utiq; mi Secũde cariſſime hæret tibi : cum ẽt in ſenatu affirmare ſolcam non exceſſiſſe me numerum: quem apud ampliſſimum ordinẽ ſuffecturum mihi profeſſus ſum.tuo tamen deſyderio ſubſcripſi:& dediſſe me ius trium liberorũ Suetonio Tranquillo ea conditione : qua aſſueuí:referri in commentarios meos iuſſi.

C.Plinius Traiano Imp.S.

Olemne eſt mihi domine omnia:de quibus dubito:ad te deferre:quis enim poteſt melius:uel cunctationem meam regere:uel ignorantiam exuere? Cognitionibus de Chriſtianis interfui nunquam:ideo neſcio quid: & quatenus:aut puniri ſoleat:aut quæri. nec mediocriter hæſitaui:ſit ne aliquod diſcrimen ætatum:an quamlibet teneri : nihil a robuſtioribus differant.detut pœnitentiæ uenia:an ei:qui omnino Chriſtiaus fuit:deſiiſſe non proſit. nomen ipſum:ſi flagitiis careat:an flagitia cohætẽtia nomini puniantur. Interim his : qui ad me tanquã Chriſtiani deferebantur: hunc ſum ſecutus modum.interrogaui ipſos:an eſſent Chriſtiani. confitẽtes iterũ:ac tertio iterrogaui: ſuppliciũ minatus.pſeuerãtes duci iuſſi:neq;.n. dubitabã qualecũq; eſſet: qđ faterẽt:ptinaciã certe:& iflexibilẽ

Ea conditione.nõ in perpetuum: ſed ad tempus præfinitum: q Tranqui. teſtatur. Galbam fæciſſe : quare illud ſuffecturum nõ tam ſubſtituturum mortuis:q̃ eis : qui prefenito tempore tranſacto ius trium natorum perdiderant. Commentarios. in quibus acta breuiter notabantur.


Olemne.dicerem hanc epiſtolã ex albo tollendam : uel ſaltem indiſcuſſam omittendam cum tota contra Chriſtianos loquatur:ſed cum mecum reputo poſſe eius lectione:& romanorum ignorãtiam: qui ueram fidem tot ſuppliciis perſequerentur oſtendi:& chriſtianorum auream conſtantiam:quos Chriſtus aduerſus crudeliſſima quæq; tormenta confirmabat: uideor mihi operæprecium facturus : ſi quod in illis damnat:obnoxium potius Secũdum oſtẽdero.adde q huius epiſtolæ plurimi Chriſtianorum meminere:nã Euſebius in chronicis:Plinius inquit cum quãdam prouinciã regeret:& in magiſtratu ſuo plurimos Chriſtianorum interfæciſſet: multitudine eorum pterritus: quæſiuit a Traião quid facto opus eſſet:nuncians ei præter obſtinationem nõ ſacrificandi: & antelucanos cœtus ad canendum cuidam Chriſto deo: nihil apud eos reperiri: præter ea ad confœderandam diſciplinam uetari ab iis homicidia:furta:adulteria:latrocinia:& ſimilia.ad quæ commotus Traianus reſcripſit:hoc genus quidem hominum inquirendos non eſſe:oblatos uero puniri oportere.eadẽ Tertulliãus in apologetico:& Paulus Oroſius libro ſeptimo.quare uiderint:qui iſta ad Plinium ſeniorem retulerunt. Solemne.conſuetum tanq̃ ſacrum anniuerſale:& immobile.ſolẽne ſcribit Põpeius eſt quod omnibus annis præſtari debet:& ſolemnia dicũtur:quæ certis tẽporibus fiunt. dixit tñ Palladius ſolemniter pro affatim:& copioſe. Cognitiõibus.examinatiõibus. De Chriſtianis.quos romani ſuæ perfidiæ ppugnatores oppugnabant. Quid.quod crimen. Quatenus.qua pœna. Diſcrimẽ. differenter ſint ne puniendi uiri a pueris:& pro ætatibus pœna irrogãda. Quamlibet. omnem ætatẽ; Solẽne.

Teneri.ſupplicio obnoxiam. Nihil a robuſtioribus differant.ſume extrinſecus infirmi : & debiles.i. pari pœna puniantur debiles:qua robuſti. Detur pœnitẽtiæ uenia.an ſi quẽ pœniteat fuiſſe Chriſtianum ueniam prioris culpæ mereatur. Deſiiſſe. apoſtatam factum : rediſſe ad idolatriam. Non proſit.nõ ideo abſoluatur. Nomẽ ipſum.an puniãt Chriſtiani:q Chriſtiani dicunt : & ſi oi ſcelere careãt.

An flagitia.an crĩa in Chriſtianis puniant:quæ tanq̃ Chriſtiani cõmittũt:dũ negligũt deos romanos: & illis maledicunt. Duci.ad ſupplicium. Qualecunque.etiam ſi leue delictum. Pertinaciã. immo cõſtantiã:& honeſtiſſimũ propoſitũ.ergo Secũde ſi quis uerũ fateat: tu ptinaciã:tu obſtinationẽ appella-

bis?retorquenda sunt in te:quæ Christianis obiicis:tu pertinax:tu obstinatus:qui deum uerũ: qui martyres eius non uis intelligere:aut nescis:quinimmo insectaris:perdis:destruis:nihil tamen proficis: nam maius in dies agmen religioni nostræ accedit:& perdendo reparas.quam debueras lucem tũc agnoscere:& tuis uirtutibus hanc omnium maximam addere: sine qua ne ullæ quidem in te fuisse creduntur: sed quandoquidem cum multis pariter falsus de te iam conclamatum fit: nec tibi nostræ querelæ profuturæ sunt:lectores moneo:ut Christum uerum deum colant:huic uni seruiant : & uice uersa priscorum uaniloquos deos inideant:& illorum pertinaciam non exagitent:sed misereantur. Similis amẽtiæ. eiusdẽ superstionis: at magis religionis: & prudentiæ. Ciues romani. ut de his imperator uel præfecti prætorio discernerẽt. Tractu.spacio:mora. Diffundente.aperiente: augescente. Crimine.fide Christiana: quam more suo idest impio crimen appellat. Propositus. publicatus. Libellus.accusatorius. Sine authore.suppresso authoris nomĩe. Præeũte.præduce. Deos.dæmones. Appellarent.salutarent. Adferri. admisceri. Imagini tuæ supplicarẽt. non solum thure:& uino impatoribus supplicasse subiectos: sed hostias etiam cædere solitos testatur Tranqui.in Caio:& Tertullianus in apologetico:ꝙ qui non fæcissent tanquã sacrilegi:& maiestatis rei conueniebãtur.

Nihil quorum.prædictorum:ut deos appellarent:& tuæ imagini sacrificarent nõ creduntur posse cogi. Quidam. nonnulli dixerunt se fuisse Christiãos:sed esse desiisse. Ante triennium.cõfessi sunt se fuisse christianos. Summam . compendium: breuiarium. Culpæ. at magis innocẽtiæ.

Erroris.quinimmo ueritatis. Stato.certo. Inuicem.discreti i choros. Sacramẽto.iureiurando.Sacramentum dicit:quod

Sacramẽtũ iureiurandi sacratiõe interposita geritur: at sacramentum æs dicitur : quod pœnæ nomine penditur. Depositum , rem fidei tuæ commissam. Appellati. petiti:ne scilicet negarẽt reddere depositum ei: qui fidei suæ commisisset cum id repeteret: subiiciamus si libet Orosii uerba non importune:quia non multum a Secundi discrepant i persequẽdis Christianis Traianus a Nerone tertius errore decœptus : cum passim repertos cogi ad sacrificãdum idolis : ac detractantes interfici præcœpisset: plurimique supplicio afficerentur Plinii Secundi : qui inter cæteros iudices persecutor datus erat : relatu admonitus : eos homines præter confessionem Christi: honestaque conuenticula : nihil contrarium romanis legibus facere:fiducia sane innocentis confessionis nemini mortem grauem: ac formidolosam uideri : rescriptis igitur leuioribus temperauit edictum. Rursusq;.solitos cõuenire. Innoxium.sine crimine. Cæras.epistolas tabulis enim cæratis scribebat antiquitas. Superstitionem.superuacuam religionem :sed potius uerum dei cultum:minus tamen aspere loquitur Secundus de Christianis:q̃ amici eius Tacitus:& Tranquillus: quoꝝ ille ut erat nostræ fidei acerrimus hostis

obstinationẽ debere puniti .fuerunt alii similis amentiæ: quos: quia ciues tomani erant : adnotaui in urbem remittendos . mox ipso tractu : ut fieti solet: diffundente se crimine : plures species inciderunt . ptopositus est; libellus sine authore multotum nomina continens: qui negant se esse Christianos : aut fuisse : cum præeunte me deos appellarent: & imagini tuæ : quam ptoptet hoc iusseram cum simulachris numinum afferri:thure : ac uino supplicarent.præterea maledicerent Christo : quorum nihil posse cogi dicuntur : qui non sunt reuera Chtistiani: etgo dimittẽdos esse putaui . alii ab indice nominati esse se Christianos dixetunt : & mox negatunt: fuisse quidam: sed desiisse: quidam ante triennium: quidam ante plures annos : non nemo etiam ante uiginti quoque.omnes & imaginem tuam : deorumque simulachra uenerati sunt:hi & Chtisto maledixerunt.affirmabant autem hanc fuisse summam uel culpæ suæ:uel erroris quod essent soliti stato die ante lucem conuenire: carmenque Christo quasi deo dicere secum inuicem: seq; sacramento:nõ in scelus aliquod obstringere : sed ne futta:ne latrocinia:ne adulteria committerent:ne fidem fallerent: ne depositum appellati abnegarent: quibus peractis morem sibi discedendi fuisse:tursusque ad capiendum cibum:promiscuum tamen:& innoxium : quod ipsum facere desiisse post edictum meum:quo secundum mandata tua:& cæras esse uetueram .quo magis necessarium credidi ex duabus ancillis:quæ ministræ dicebantur: quid esset ueri : & per totmenta quærete . nihil aliud inueni : q̃ superstitionem ptauam : immodicam. Ideo dillata cognitione ad consulendum

refert per flagitia inuisos a uulgo Christianos appellatos: & fidem nostram superstitionem exitiabilē autumat: nec minus atrociter sæuit Tranqui. superstitionem falsam: & ueneficam eructans. Vocantur in periculū. rei fiunt capitis. Vicos. pagos. ex multis uillis constitutos. Agros. casulas in agris stantes.
Contagio. morbus: qui contactu corripitur. hic tamen non morbus: sed diuina doctrina: & salubris medicina. Peruagata. diffusa. Sisti. comprimi. Celebrari. frequentari. Solemnia. annua. Pastumq; Pastus.
uenire uictimarum. & inueniri qui pascua publica conducant ad alendas uictimas. nam pastus substantiuum cibum significat. M. Tullius: qui est unus suauissimus pastus animorum. q̃ autem pastus pecudum publice locaretur monstrat Pedianus: ubi iterpretatur mancipes esse publicanorum principes romanos homines: qui quæstus sui causa sic decimas redimūt: sic pastum: aut pecora publica: & exigenda a sociis suo periculo exigūt: & reip. repræsentant. Varro de re rustica. itaque greges ouium longe abiguntur ex Apulia in Samnium æstiuatum: atque ad publicanum profitentur ne si inscriptum pecus pauerint lege censoria cō mittant mulietos. idest mulctas.

te decucurri: uisa ē enim mihi res digna cōsultatione maxime propter periclitātium numerum. multi enim omnis ætatis: omnis ordinis: utriusq; sexus etiam uocantur in periculum: & uocabuntur: neq; ciuitates tantum: sed uicos etiam: atq; agros superstitionis istius contagio peruagata ē: quæ uidetur sisti: & corrigi posse. certe satis constat prope iam desolata templa cœpisse celebrari: & sacra solemnia diu intermissa repeti: pastumque uenire uictimarum: cuius adhuc rarissimus emptor inueniebatur: ex quo facile est opinari: quæ turba hominū emendari possit: si sit pœnitentiæ locus.

Traianus Imp. C. Plinio. S.

ACtum: quem debuisti mi Secunde in excutiendis causis eorum: qui Christiani ad te delati fuerāt: secutus es: neq; enim in uniuersum aliquid: quod quasi certam formā habeat: constitui potest. conquirendi non sunt. si deferrantur: & arguantur puniendi sunt: ita tamen: ut qui negauerit se Christianum esse: idq; re ipsa manifestum fæcerit: idest supplicādo diis nostris: quanuis suspectus in præteritum: ueniam ex pœnitentia impetret. Sine authore uero propositi libelli nullo crimine locum habere debēt. nam & pessimi exempli: nec nostri sæculi est.

C. Plinius Traiano Imp. S.

ACtum. laudat ordinem cognoscendi seruatum a Secundo: uetatq; inquiri Christianos: sed oblatos pūiri iubet: libellis uero sine authore nullam fidem præstandā.
Actum. actionem. sic Tranqui. in Nerone: rerum actu dixit: uel actum. idest rationem. & uiam: nam qua uehebant actum dici putat Varro. actus inquit Festus modo significat in comœdiis: & tragœdiis certa spacia canticorum: modo iter inter uicinos quattuor pedum latum. modo in geometria minorem partem iugeri. idest centum uiginti pedum: modo motū corporis ut histrionum: & saltatorū: qui etiā ex hoc ipso saltuosi dicuntur. Deferantur. accusentur. Arguantur. comprobentur esse Christiani. hunc locum iure. Qu. Septimius Florens repræhendit: & emendat cap. ii. Plinius Secundus cum prouinciam regeret damnatis quibusdam Christianis: quibusdam gradu pulsis: ipsa tandem multitudine perturbatus quid de cætero ageret consuluit Traianum Imperatorem: allegans præter obstinationem nō sacrificandi: nihil aliud se de sacramentis eorum comperisse: q̃ coetus ante lucanos ad canendum Christo uti deo. & ad confœderandam disciplinam: homicidium: adulterium: fraudem: perfidiam: & cætera scelera prohibentes: tunc Traianus rescripsit: hoc genus inquirendos quidem non esse: oblatos uerò puniri oportere. o sententiam necessitate confusam: negat inquirendos ut innocētes: mandat puniri ut nocentes: parcit & sæuit: dissimulat: & animaduertit quid temetipsum censura circūuenis? si damnas: cur non & inquiris? si non inquiris: cur non: & absoluis? & quæ latius ibi cōsequuntur: prudentius itaq; rescripsit Minutio Fundāo Adrianus si Paulo Orosio credimus: ut nemini liceret Christianos sine obiectu criminis ac probatione damnare. quanuis Suida referente q̃ tamen opinor factum post hoc rescriptum: Traianus uetuerit Christianos supplicio affici. hic inquit Christianis quietem pœnæ quandam reddidit: quas magistratus diuersas inferebant: unde Tyberianus primæ Palæstinorū gentis præfectus renunciauit ei nihil proficere in occidendis illis sua spōte ad supplicium currentibus: tūc Traianus uetuit quempiam Christianorum occidi. Actus.


Maſtrianorum.quærit an contegenda ſit aqua:quæ per Amaſtrianorum plateã fluebat.Ama-
ſtris ſecũdum Ptolemæum:& Appianum Ponti ciuitas ẽ:ſed Pli.Paphlagoniæ aſcribit.olimq;
Amaſtris Seſamum dictam refert.Strabo.xii.poſt Parthenium amnem eſt Amaſtris de cõditoris nomi
ne appellata:ea poſita in peninſula portus hẽt ex utraq; iſthmi parte.Amaſtris uxor fuit Dio-
nyſii Heracleæ tyranni:& Oxyarthis filia fratris Darei eius:qui cum Alexandro bellum geſſit: ea e triũ

urbium incolis Seſamo:Cytoro:& Crom
na unam confæcit ciuitaté.Seſamus Ama
ſtris arx dicitur:hinc Stephanus. Amaſtris
ciuitas Paphlagoniæ quæ prius Cromna
a muliere perſide Amaſtride:quæ cũ Dio-
nyſio Siciliæ.(at Strabo Heracleæ)tyráno
concubuit. ſed Demoſthenes ab amazõe
ſic appellatam autumat:eius gentile Ama
Cloaca. ſtrianus. Cloaca.foſſa in quam ſordes cõ
fluũt a colluendo dicta:ſiue a uerbo cloa-
care:quod ſignificat ĩquinare authore Fe-
ſto.Vlp.de cloacis.cloaca locus eſt conca-
uus:per quem colluuies quædã fluat:cloa
cæ appellatione:& tubus:& fiſtulæ conti-
nentur. Situ.poſitione:an magis immun
dicia:nam ſitum contrahunt illota corpo-
ra:& infrequentia loca.


Eſt rõnis Ationis.permittit conformica-
ri cloacam. Rationis ẽ. exigit
ratio:ut malorum eſt.ſ. ad ma-
los pertinet.hic modus dicendi
apud iuriſcõſultos frequens reperiẽ.Mar-
tianus de hæredibus inſtituendis:quæ rea
fuerat eiuſdẽ criminis poſtulata : rationis
eſt:pariter de bonis eorum qui ante ſenté-
tiam mortem ſibi conſciuerint.Vlp. titu-
lo quando dies legatorum quæſtionis eſt.
ſic Papinian⁹ de collatione dotis : & idem
Vlp de fideicommiſſariis libertatib⁹.Pau
lus de aqua pluuia arcenda: dixit conſue-
tudinis eſt:& de uerborũ obligationibus:
dubitationis eſt.modeſtinus de donationi
bus.ſummæ æquitatis eſt.demum Tacit⁹
libro.xvii.nam ſuadere principi qd opor-
teat multi laboris eſt.


Vota p̃ Imp. ſu- ſcipere. Ota monet magno omniũ cõ-
ſenſu uota pro Traiano ſuſcœ
pta perſoluta: & noua pro eius
ſalute nuncupata:nam autho-
re Caio de uerborũ ſignificationibus.poſt
cal.Ianuarias die.iii.p̃ ſalute principis uo
ta ſuſcipiuntur: & Tacitus lib.xvi. princi-
pio anni ſenatores pro imperatore ſolem
ne iuſiurandum ſumere: & nuncupatiões
Nũcupa- re uotorũ facere memorat. Nuncupata.nũ
cupare ut ĩquit Varro noiare ſignificat:
q̃ multis exẽplis confirmaẽ: & de uotis p̃
prie dicitur: qñ alicui diuorũ uota police
mur:& deſtinamus.Apuleius cui uota nũ-
cupabo?Secundus in panagyrico. nuncu-
pare uota p̃ æternitate imperii: & pro ſa-
lute ciuium:immo pro ſalute principum:
& propter illos p̃ æternitate imperii ſole


Maſtrianorũ ciuitas domine:& elegans:
& ornata hẽt iter p̃cipua opera pulcher
rimã:eandemq; longiſſimã plateã:cuius
a latere p̃ ſpaciũ oẽ porrigitur noĩe quidẽ flumẽ:
re ueto cloaca fœdiſſima:ac ſitu turpis:ĩmũdiſſi-
mo aſpectu:ita peſtilẽs odore teterrimo: quibus
ex cauſis non minus ſalubritatis:q̃ decoris iter-
eſt eam contegi:quod fiet ſi permiſeris curanti-
bus nobis:ne deſit quoq; pecunia operi tam ma-
gno:q̃ neceſſario.

Traianus Imp.C.Plinio.S.


Ationis eſt mi Secunde cariſſime conte
gi aquam iſtam:quæ per ciuitaté Ama-
ſtrianoꝝ fluit:ſi detecta ſalubritati obẽ:
pecunia ne huic operi deſit curaturũ te ſecundũ
diligentiam tuam certum habeo.

C.Plinius Traiano Imp.S.


Ota dñe prioꝝ annorũ nuncupata ala-
cres:lætiq; p̃ſoluimus:nouaq; rurſus cu
rante cõmilitonum:& p̃uincialiũ pieta
te ſuſcœpimus:precati deos:ut te remp.q;:florẽ-
tem & in columẽ ea benignitate ſeruarent:quam
ſuper magnas plurimaſq; uirtutes præcipua ſan-
ctitate conſequi deorum honore meruiſti.

Traianus Imp.C.Plinio.S.


Oluiſſe uota diis immortalibus te pre-
eunte pro mea incolumitate : & commi
litones cum p̃uincialibus lætiſſimo cõ-
ſenſu:in futurumq; nuncupaſſe libenter mi Secũ
de cariſſime cognoui litteris tuis.

C.Plinius Traiano Imp.S.


Iem ĩ quẽ tutela generis humãi feliciſſi
ma ſucceſſiõe trãſlata ẽ : debita religiõe
celebrauimus: cõmendantes diis impe-
rii tui authoribus:& uota publica:& gaudia.

Traianus Imp.C.Plinio.S.


Iẽ ĩperii mei debita lætitia:& religiõe a
cõmilitoribus : & p̃uincialibus p̃eunte
te celebratũ libẽter cognoui lr̃is tuis.

C.Plinius Traiano Imp.S.

bamus.nuncupare igitur est palam nominare.nam consules:prætores : censores uota publica suscipie-bant : quæ præsente populo referebantur in tabulis. unde Augustos conscriptis parauisq; iam tabulis negauit se suscœpturum:quæ non esset soluturus:sibi enim mox futurum exitum præsagiebat. Tranqui.author pro Tiberii nepotibus uota suscœpta ineunte anno cum putabant deorum aures magis patere.q; asserit in Fastis Ouidius.Templa patent auresq; deum.nec lingua caducas Concipit ulla preces: dictaq; pondus habent.etiam nuncupare trãsfertur ad alia.Apuleius.x.iam dudum felici ministerio nũcupatum destinatumq; sed de hoc alibi.

Valerius domĩe Paulius excœpto Paulio ius libertorũ suorũ mihi reliqt: ex qbus rogo tribus interĩ ius Quiritũ des.uerecor.n.ne sit imodicũ pro oĩbus pariter inuocare indulgentiã tuã:qua debeo tanto modestius uti: quãto pleniorẽ experior.sunt autẽ ꝑ qbus peto. C.Valerius Aestreus.C.Valerius Dioysius.C.Valerius Axer.

Valerius.petit ius qoiritum pro tribus libertis. Ius libertorum suorum mihi reliquit:ut haberem idem iuris in eos: quod patronus in libertos.licebat iure decimosecundo tabularum liberto patronum suum testamẽto præterire : postea ex edicto prætoris dimidia bonorum siue testati:siue intestati liberti patrono relinquebant: etiam relicto filio suo adoptiuo. lex Papia deinde iura patronorum auxit sed Imperator Iustiniãus: a quo hæc sumpsimus ab inst.constituit:ut tertiam bonorum liberti partem in casibus ibidem contentis patroni consequantur : ad hæc Vlpia.de liberis agnoscendis respondet q; liberti tenentur alere patronos : & nonnunquam patronorũ filios pro modo facultatum. lege plura.ff.xxxvii.de iure patronatus:& trigesimooctauo de operis libertinorum: & de bonis libertorum. Excœpto Paulino.quem liberauit a iure patronatus. Patronatus ius

Ius quiritum.Romanam ciuitatem perinde ac si quirites essent: nam manu missi modo maiorem & iustam libertatem consequebantur:& fiebant ciues romani: modo minorem : & latini ex lege Iunia Norbana fiebant:modo inferiorem : & fiebãt ex lege Eliasentia dedititiorum numero:credo post hanc Secundi epistolam secutum Traiani edictum : quo libertos etiam inuito & ignorante patrono ad ciuitatem Romanam uenire permisit : sed sicut uiuum ciuem Romanum facit: sic mortuum latinum idest ut hæredem patronum haberet:quibus postea omnibus sublatis Iustinianus cunctos libertos ciuitate Romana donauit. Quiritium ius

Traianus Imp.C.Plinio.S.

Cum honestissime iis:qui apud fidẽ tuã a Valerio Paulino depositi sunt:consultũ uelis mature ꝑ me: iis Iterĩ qbus nũc petisti:ut scias me dedisse ius quiritũ referri ĩ cõmẽtarios meos iussi:idẽ facturus ĩ cęteris:pro qbus petieris.

C.Plinius Traiano Imp.S.

Rogatus dñe a.P.Accio aquila cẽturiõe cohortis sextæ:ut mitterẽ tibi libellũ:ꝑ quẽ indulgẽtiã pro statu filiæ suæ iplorat:durũ putaui negare:cũ scirẽ:quantam soleres militũ precibus patiẽtiã : humãitatẽq; præstare.

Traianus Imp.C.Plinio.S.

Libellũ.P.Accii Aquilæ cẽturiõis sextæ cohortis:quẽ mihi misisti:legi cuius ꝑci bus motus dedi filiæ eius ciuitatem Romanam.libellum rescripti : quem illi redderes: misi tibi.

C.Plinius Traiano Imp.S.

Quiritum.siue a Curibus Sabinorum oppido Quirites : siue q; Quires Sabini cuspides uocant: a quibus Romulus Quirinus q; hastam ferret.in singulari etiam numero Quiritem dicimus cuius nominatiuus quiris secundum Sergium:sed quirites Petronius putat:quiritare uero iubilare dicitur ab his:qui fidem quiritũ inuocant:author Varro. Quirites Quiritare

Omnibus.libertis in quos Paulinus mihi patronatus ius reliquit: Cum.Traianus concedit rogata:& pro reliquis idem promittit. Depositi.commendati. Cõsultum.donari ciuitate romana. Mature.uelociter. Iussi referri in commẽtarios meos.iussi registrari:q; illos ciuitate romana donauerim.

Rogatus:Mittit libellum Aquilæ centurionis:quo rogabat filiam suam donari ciuitate. Militum precibus.quos quamuis sub disciplina contineret:tamen multis præmiis & honoribus donauit:nam diuum Neruam parentem secutus plenissimam testandi indulgentiam in milites contulit:q; ab Vlp.de militari testamento prænotarum Iustinianus refert:& Iuuenalis ultima satyra monstrat quanta commoda militibus fuerint sub Traiano.

Libellum.filiæ Aquilæ ciuitatem ro.indulget. Libellum rescripti:cuius causa hæc rescripsi.


Vid. Consulit Traianū an ciuitatibus Bithyniæ & Ponti permittat potiora iura in debitis exigēdis. Locationibus. locorū publicorū. Plærisq. pconsulibus: ipe

Protopraxia. ratoribus. Protopraxiā. primā actionem: ut añ alios ius hñent exigēdi pecūias a debitoribus. nā Paulus de priuilegiis creditorū. resp. inquit creditrix oībus chirographariis creditoribus pfertur. quāuis Martian⁹ ad municipales scribat: simile priuilegiū fisco nulla ciuitas habet ī bonis debitoris: nisi nominatim id a pricipe datū fit. πρωτοπραξίαν Suidas interpretatur primā repetitionē: primā exactionē. Pro lege. loco legis: ut de consuetudine prædiximus. Breuia. obscura.


Vo. rescribit sequendas leges uniuscuiusq; ciuitatis. Id. priuilegiū: ut cæteris pponat. In iniuriā priuatorū. ne iniuriā faceré priuatis creditorib⁹: dū eos posteriores facio rebus publicis ī exigēdis debitis.


Edicus. repetebat procurator Amisenorū a Iulio Pisone certā pecuniā ei donatā a rep. iā uiginti annis nixus Traiāi mādatis: qbus phibebat fieri de publico erogationes: Piso cōtradicebat: Secūdus rē integrā Traiano decernēdā mittit. Medicus. pcurator ... cuto: qa publica curat: libenter. n. Secundus utitur græcis uocabulis ut pote Bithyniæ cōsuetis. Bule & ecclesia. senatu & cōcione populi βουλη. n. senatus & ἐκκλησία concio. Contra: pcuratoris dicta allegabat.

Rēp. Amisenorū. Hermogenianus: decurionibus inquit facultatibus lapsis alimēta decerni permissum est: maxie si ob munificentiā in patriam patrimoniū exhau

Erogare serint. Erogasse. impendisse. distribuisse. Paulus de legatis. nihil ex testamento uidetur capere: qui tantum erogat quantū accipit. apud Apuleium erogare pro ualde rogare: piis inquit precibus erogatus: sed exrogare est ex lege uetere aliquid eximere per nouam legem tradente Fe

Pro. sto. Spatium. xx. annorum. Pro multis. a multis: a senatu & populo: Apulei⁹ libro quinto pro pedibus abrepto idest a pedibus & . ix. pro limine liberato idest a limine.


Ex: Traianum consulit an qui senatores fiunt debeant certū quid inferre pro introitu. Bulen. senatum: sportulas solere nouos decuriones cæteris distribuere. Papinianus titulo de decurionibus


Vid habere iuris uelis: & Bithynias: & pōticas ciuitates in exigendis pecuniis: quæ illis ex locationibus: uel ex uenditionibus: aliis ue causis debeantur: rogo domine rescribas. Ego iueni a plærisq; pcons. concessam eis protopraxiā: eāq; p lege ualuisse. existimo tamen tua prouidētia cōstituēdū aliquid: & sanciendum: per quod utilitatibus eorum ī perpetuū cōsulatur. nā quæ sunt ab aliis instituta: sint licet sapienter indulta: breuia tamen: & infirma sunt: nisi illis tua contingat authoritas.

Traianus Imp. C. Plinio. S.


Vo iure uti debeant Bithyniæ: uel Ponticæ ciuitates ī his pecuniis quæ ex quaque cā reip. debebūtur: ex lege cuiusq; animaduertendū est: nam si habent priuilegium: quo cæteris creditoribus añponantur: custodiendum ē: si uero nō hñt: in iniuria3 priuatorum id dari a me non oportebit.

C. Plinius Traiano Imp. S.


Edicus dñe Amisenorum ciuitatis petebat apud me a Iulio Pisone denariū circiter quadraginta milia donata ei publice ante uiginti annos: bule: & ecclesia cōsentiēte: utebaturq; mādatis tuis: qbus eiusmodi donationes uetātur. Piso cōtra: plurima se in temp. cōtulisse: ac ppe totas facultates erogasse dicebat: addebat ēt temporis spatiū: postulabatq; ne id qd' p multis: & olim accæpisset cū euersiōe reliquæ dignitatis reddere cogeteṙ. quibus ex causis integrā cognitionē differēdam existimaui: ut te domine cōsulerem: quid sequendum putares.

Traianus Imp. C. Plinio. S.


Icut largitiones ex publico fieri mandata prohibent: ita ne multorum securitas subruatur: factas ante aliquantum temporis retractari: atq; ī irritum uendicari nō oportet. Quicquid ergo ex hac causa actum ante uiginti annos erit: omittamus. non minus. n. hominibus cuiusq; loci: q̄ pecuniæ publicę consultum uolo.

C. Plinius Traiano Imp. S.


Ex Pōpeia dñe: q̄ Bithyni: & pōtici utuntur: eos: q i bulé a cēsoribus legūt: dare pecūiā ñ iubet. sed ii: quos īdulgētia tua

quibusdá ciuitatibus super legitimũ numerũ adiij cere pmisit:& singula milia denarioȝ:& bina intulerũt. Anicius deide Maxius pcos. eis ẽt: q a cẽsoribus legerenť duntaxat í paucissimis ciuitatibus aliud aliis iussit inferre. Supest ergo:ut ipe dispicias:an í oibus ciuitatibus certũ aliqđ oés:q deinde buleutæ legunť:debeãt p itroitu dare. nã quod íperpetuum mansurũ est a te constitui decet:cuius factis:dictisq debetur æternitas.

Traianus Imp. C. Plinio. S.

Onorariũ decurionatus oés q quaq ciuitate Bithyniæ decuriones fiũt: iferre debeant:nec ne: in uniuersum a me non põt statui. Id ergo qđ semp tutissimũ ẽ:sequendã cuiusq ciuitatis legẽ puto: scilicet aduersus eos: qui inuiti fiunt decuriones:id existimo acturos: ut erogatio cæteris præferatur.

C. Plinius Traiano Imp. S.

Ege dñe Põpeia pmissum Bithynicis ciuitatibus ascribere sibi: quos uellẽt ciues duntaxat earũ ciuitatũ:q sunt in Bithynia: eadẽ lege sanciť qbus de causis senatu a cẽsoribus eiiciãť: ide me qdã ex cẽsoribus cõsulendũ putauerũt:an eiicere deberẽt eũ: q esset alterius ciuitatis. Ego qa lex sicut ascribi ciuẽ alienum uetabat: ita eiici e senatu ob hãc causam nõ iubebat: præterea a quibusdã affirmabať in omni ciuitate plurimos esse buleutas ex aliis ciuitatibus: futurumq:ut multi hoies: multæq ciuitates concuterentur:si reuocaretur ea pars legis: q̃ iampridem consensu quodam exoleuisset:necessarium existimaui consulere te quid seruandum putares, capita legis his litteris subieci.

Traianus Imp. C. Plinio. S.

Erito hæsisti Secunde carissime: quid a te respondi oporteret cẽsoribus cõsulentibus an in senatu manere possent aliarũ ciuitatũ eiusdẽ tñ puinciæ ciues. nã & legis authoritas:& longa consuetudo usurpata cõtra legẽ in diuersum mouere te potuit. mihi hoc tẽperamentũ eius placuit: ut ex præterito nihil moueremus. sed manerẽt q̃uis cõtra legẽ asciti quarumcunq ciuitatũ ciues. in futuȝ autẽ lex Pompeia obseruaretur: cuius uim: si retro quoq uelimus custodire: multa necesse est perturbari.

C. Plinius Traiano Imp. S.

innuit: minores scribit. xxv. annorum decuriones facti: sportulas decurionum accipiunt. Aliud aliis. non eandem: summam omnibus: sed minorem huic. maiorem illi. Inferre. dare: dilargiri. Buleutæ. senatores.



Onorarium. seruandam præcipit uniuscuiusq loci consuetudinem. Honorarium decurionatus. quod datur honoris causa dum fiunt decuriones: Paulus de muneribus. æstimationem honoris aut muneris in pecunia pro administratione offerẽtes audiendi non sunt. Qui pro honore pecuniam promisit: si soluere eam cœpit: totã præstare operis ichoati exemplo coactus est. decurionatus autem secundum Callistratum municipalis honor appellatur: siue cum sumptu: siue sine erogatione cõtigerit: uulgo etiam nunc inquit honorarium dicimus id mun⁹: quod honoris causa erogatur: sed honorarium ius prætoris ius est: hinc honorarios tutores a prætore datos uocat Vlp. Acturos. Bithynnos & Ponticos. Vt erogatio cæteris præferatur. ut minus grauentur in pecuniarum illatione q̃ cæteri: decuriones spontanei. Honorarium.



Ege: quærit an decuriones aliarum ciuitatum debeant eiici lege Pompeia: quæ uetabat alienum ciuem ascribi senatui alterius ciuitatis. Ascribere. in senatum legere. Censoribus: a censoribus: qui etiam in oppidis creabantur ut testãtur iurisconsulti: de quorum officio libro. viii. multa protulimus. Eum. decurionem. Buleutas. senatores Βουλευταὶ enim qui reip. consulunt. Concuterentur perturbarentur. Ea pars. id caput: quo uetabat alienum ciuem ascribi in alterius ciuitatis senatum. Consensu. Modestinus omne ius aut consensus fecit: aut necessitas constituit: aut firmauit consuetudo. Exoleuisset. desueuisset. Capita legis plura enim capita cõtinebat lex Pompeia.



Erito. permittit esse in senatu: qui iam adlecti fuerant: uetat in futurum alienum aliquem adscribi.


Vi.dubitat ex inuitatiõe multorũ ad solemnia officia iter Bithynos factionẽ & discordiã ori turã. Virilem togã.quam sumere cõsueuerant ad septimũ decimũ ætatis annũ. Bulen.senatum. Vocare.inuitare. Dare.distribuere unicuiq;. Celebrandũ. ulla celebritate & pompa agendum.celebrare est selemniter peragere.& celebrata ꝓ solemnia & iusta.posuit Mart.ix. Inscripsit tumulo septem celebrata uirorum Se fæcisse Cloe. Et quatenus.& si celebrandum sit modũ rescribas.Solemnibus causis.quales sunt prædictæ. Diamories.diuisionis:factionis.

Celebrare.


Erito.relinquit prudẽtiæ Secũdi ordinandum ꝙ ad perpetuã Bithyniæ tranquillitatẽ faciat. Corpora.factiões:sectiões: collegia Ouidius libro primo metamorpho. tamen illud ab uno Corpore: & ex una pẽdebat origine bellum. corpore igitur pro factione & hominum congregatiõe. Martianus de collegiis illicitis & corporibus mandatis principalibus præcipitur præsidibus prouinciarum ne patiantur esse collegia sodalitia.i summa autem nisi lex senatuscõsulti authoritate uel Cæsaris:collegium uel quodcunq; tale corpus coierit contra leges erit.& Callistratus de iure immunitatis ı quibusdam iquit collegiis uel corporibus:ut est fabrorum corpus.& corpus imperii pro illa orbis parte: quæ subiacet imperio ro. Tacitus posuit:si immensum imperii corpus stare ac librari sine rectore possit.corpus in physica uocat Apollodorus ꝙ secetur in tria: in longitudinẽ: latitudinem:altitudinem. Sportulas.largitiones:distributiones. Prudentiam tuã elegi. hinc apparet missum Secundum ad Bithyniæ Pontique statum ordinandum: moresque reformandos: sic legimus apud Tranq. Galbam proconsulem obtinuisse biẽnio Africam extra sortem electum ad ordinandam prouinciam & intestina dissensiõe & barbarorum tumultu inquietam. Moderareris.modum imponeres.

Corpus.


Thletæ. uictores ı certaminib⁹ Iselasticis a Traiano factis petebant præmia: & quia de tempore controuersia nascebatur: rogat imperatorẽ quid facere debeat. Athletæ.certatores ἀπὸ τοῦ ἀθλέω:ꝙ ẽ certo. Ea. præmia. Iselasticis certaminibus. dicta Iselastica: ꝙ uictores cum magna pompa coronati introducebant quisque in suam patriam ἀπὸ τοῦ εἰσελαύνω idest induco:inueho:cuius futurum εἰσελάσω nam solebant athletæ uictores equis albis ingredi suam ciuitatem disiecta muri parte secundum Plut.ꝙ significabat nõ magnoperæ ciuitati illi opus esse muro hñti uiros:qui pugnare possent & uincere.hãc consuetudinem Tranqui. in Nerone cõmemorat.

Iselastica. certamina

Coronati.declarati uictores:& ideo corona donati. Nihil.n.referre.nõ respiciendũ tempus quo quisque in patriã suam inuehit:sed quãdo uictor sit pronũciatus.hoc faciebant: quia e certatoribus multi procul aberant a patria sua:ad quã non poterant peruenire:nisi post multum temporis:& per hoc obsonia:quæ menstrua dabantur:interdum perdebant.Contra.athletarum desyderia. Iselasticorum nomine. uerbis eorum: qui præsunt certaminibus Iselasticis. Iselasiani . facti sunt . uerba extrinsecus audienda.an potior lectio. εἰσηλάσαν. idest inuecti sunt. Obsonia.quæ antiqui dixerunt manduca. obsonare est opipare cœnare.Apuleius.siquid obsonare cupis:& obsonator popinarũ magister. de quo

Obsoniũ.


Vi uirilem togam sumunt: uel nuptias faciunt:uel ineunt magistratũ:uel opus publicum dedicant:solent totam bulen. atq; etiam e plebe non exiguum numerum uocare:binosq; denarios uel singulos dare.quod an celebrandum:& quatenus putes:rogo scribas: ipse enim sicut arbitror non imprudenter præsertim ex solemnibus causis concedendum iussi inuitationes:ita uereor. ne ii: qui mile homines interdum etiam plures uocãt modum excedere: & in speciem diamories incidere uideantur.

Traianus Imp.C.Plinio.S.


Erito uereris: ne in speciem diamories incidat inuitatio:quæ & in numero modum excedit: & quasi per corpora non uiritim singulos ex notitia ad solemnes sportulas contrahit. Sed ego ideo prudẽtiam tuam elegi:ut reformandis istius prouinciæ moribus ipse moderareris:& ea constituas: quæ ad perpetuã eius prouinciæ quietem.essent profutura.

C.Plinius Traiano Imp.S.


Thletæ domine ea:quæ ꝓ Iselasticis certaminibus constituisti: debeti sibi putãt statim ex eo die:quo sunt coronati.nihil enim referre:quando sint patriã inuecti:sed quãdo certamie uicerint ex quo inuehi possint. Ego contra scribo Iselasticorum nomine: ita tamen ut uehementer addubitem: an sit potius id tempus:quo εἰσηλάσαν: intuendum. iidem obsonia

Mart. Dic quotus es? quanti cupias cœnare? nec unũ Addideris uerbũ: cœna parata tibi ẽ. obſonitare cõ uiuari dr̃ Pompeio tradente. Agone. certamine. Aiũt. n. anteq̃ a Traião fieret: & celebrarent certamina Iſelaſtica: aliud genus certaminis depugnabant athletæ: q̃ pariter fæcerũt poſtq̃ Iſelaſtica finita fuerunt. argumentabant̃ igit̃ deberi ſibi Iſelaſticorũ præmia: q̃ quidẽ aliis maiora erant: ex eo tp̃e quo primum cõſtituta fuerũt nec modo cum fierent: ſicut cum eſſe Iſelaſtica deſierunt: nõ dabantur obſonia: nam reſpiciebãt diem conſtitutionis & finem. uerbi cauſa, Traianus conſtituit Iſelaſtica cal. maiis: & mandat illa inchoata a cal. Iuniis terminari in cal. Auguſti: qui cœperant pugnare a cal. maiis & certauerant uſq; in cal. Iunias petebant præmia Iſelaſticorũ: tanquam tũc inſtituta a Traiano. Ne. an. Cuiuſque athletarum. Retro. ĩ præterito antequã fierent Iſelaſtica. Ratio. reſpectus. Beneficia tua: præmia pro Iſelaſtico agone.

Iſelaſticũ. uult intelligi eſſe Iſelaſtica cum primũ quiſq; ĩ ſuã ciuitatẽ inuehit̃ obſonia negat danda antequam illa fierent. Iſelaſticum. certamen: ſequit̃ uerbi interpretationem. εισηλάσεν. ingreſſus eſt.

Ante iſelaſtica. antequam fierent Iſelaſtica. Non fuerunt. cõſtituta a me illa p̃mia. Retro. antequam fierent. Proficere. procedere. Tam eorum. obſoniorum.

Cum uincerent eſſe deſierunt. quam eorum obſoniorum: quæ cum uincerẽt iam deſierant eſſe: exacto tempore illis certaminibus conſtituto. Reuocantur. renouantur: ſed manent in eo ſtatu in quo fuerant dum uincerent.

Sq;. excuſat ſe quod uxorẽ ſuã urgẽte itineris celeritate diplomate adiuuerit. Diplomata litteras liberi itineris & ĩmunis. de quibus paulo ante. Tuam. ad te pertinentem: ut in tabellarium. regis Sauromatæ. Vxori meæ. Calphurniæ. Aui. Fabati. Amitam. Hiſpullam. de utriſq; libro .v. ad Põtium: erat cum proſocero meo: erat cum amita uxoris. Durum. in humanum. Pietas. amor in maiores. Diſſimulaſſem. ſilentio præteriiſſem. Nõ dubitaui. ſ. facere. Sero. importune dũ expecto. tuam ſententiam.

Erito. reſcribit Traianus benefeciſſe Secundũ pro diplomate concesſo Calphurniæ uxori.

petunt pro eo agone: qui a te Iſelaſticus factus ẽ: quanuis uicerint antequam fieret: aiunt enim cõgruens eſſe: ſicut non detur ſibi pro his certaminibus: quæ eſſe Iſelaſtica: poſtquam uicerunt deſierunt: ita p̃ his dari quæ eſſe cœperunt. hic quoq; non mediocriter hæreo: ne cuiuſquam retro habeatur ratio: dandaq; q̃ tunc cum uincerent: nõ debebantur. rogo igitur ut dubitationem meam regere. i. beneficia tua interpretari ipſe digneris.

Traianus Imp. C. Plinio. S.

Selaſticum tunc primum mihi uidetur incipere debere: cum quis in ciuitatem ſuam ipſe εισηλάσεν obſonia eorum certaminum: quæ Iſelaſtica eſſe placuit mihi. ſi ante Iſelaſtica: non fuerunt retro nõ debentur. nec proficere pro athletarum deſyderio poteſt: tam eorum: quæ poſtea Iſelaſtica lege conſtitui: q̃ cũ uincerent eſſe deſierunt: mutata enim cõditione certaminum: nihilominus: quæ ante perægerãt: non reuocantur.

C. Plinius Traiano Imp. S.

Sq; in hoc tempus domine neq; cuiquã diplomata commodaui: neq; in rem ullam niſi tuam miſi: quam perpetuam ob ſeruationem meã quædam neceſſitas rupit. uxori enim meæ audita morte aui uolẽti ad amitam ſuam excurrere uſum eorum negare durum putaui: cum talis officii gratia in celeritate conſiſteret: ſciremq; te rationem itineris probaturum: cuius cauſa erat pietas. hæc tibi ſcripſi: quia mihi parum gratus fore uidebar. ſi diſſimulaſſe; inter alia beneficia hoc unum quoque me debere indulgentiæ tuæ: quod fiducia eius ĩconſulto te præcipere nõ dubitaui: quem ſi conſuluiſſem ſic ſero fæciſſem.

Traianus Imp. C. Plinio. S.

Erito habuiſti Secunde cariſſime fiduciam animi mei nec dubitandum fuiſſet ſi expectaſſes donec me conſuleres: aniter uxoris tuæ diplomatibus: q̃ officio tuo dedi: adiuuandũ eſſet: cũ apud amitã ſuã uxor tua deberet etiã celeritate gratiã aduentus ſui augere.

FINIS ENARRATIONVM IOANNIS MARIAE CATANAEI IN EPISTOLAS. C. PLINII CAECILII SECVNDI AD TRAIANVM.

¶EMINENTISSIMO PRINCIPI IOANNI IACOBO TRIVLTIO MILITIAE GALLICAE MODERATORI: AETATISQVE NOSTRAE IMPERATORI CLARISSIMO IOANNES MARIA CATANAEVS .S.



Mprouidum arbitrarer diuini panagyrici commentarios sine pfatione publicare:
etiá si nemo satis dign⁹ occurreret:cui nostras qualescunq; uigilias dedicaremus.
uerum cum primú eas aggressi sumus.III.Princeps tu statim hoc munusculo: quá-
uis maiori dignus:dignissimus iudicatus es.Maxime autem nos ad hoc consilium
impulit:quod uidebamus multa:quæ in te eminent:& excellút conuenire cum il-
lustribus Traiani gestis.nam ut is incunabula:& rudimenta sua per stipendia exer
cuit:tu pariter iuuentutem non ocio:& deliciis: sed asperis militiæ laboribus uin
cendo transegisti.dura Vlpius tempora prudenter sustinuit.nec tu minus fortiter
malorum turbines ferendo superasti.dissimilibus inuisa Traiani uirtus:& Triuul
tio meo periculo fuit.primus Ille Tribunus optimus:anteq̃ fieret optimus imperator.tu præfectus equi
tum fortissimus anteq̃ dux exercitus præstantissimus.Ille arduis in rebus ad imperiú assumptus. tu fes-
sis opportune subuenisti.metuit triumphum tantus Cæsar dum po.ro.imperium prorogat:tu dum ite-
rum patriam recipis.expectatus in urbem uenerat Ille.te reducem paruuli noscere:ostentare iuuenes:mi
rari senes.corruptam castrorum disciplinam emendauerat Vlpius. tu lapsam: extinctamq; reduxisti:&
post longam desuetudinem in melius reformasti.Inde te agmina ducente hospitum nullus iniurias mi-
litum sensit:inde(quod est pulcherrimum uictoriæ genus)solo terrore sæpius hostem domuisti.Qua ui
gilantia: quo labore:quanta alacritate: quod deniq; periculis bella ex bellis confecisti?cum robur cor-
poris ingens par animi fortitudo comitaretur?& tamen bellicis artibus innutritus pacem amas. non ti-
mes bella:nec prouocas:quorum alterum fortitudine:alterum moderatione efficitur.In deditis quanta
clæmentia tua?q̃ta humanitas? edoctus experimento summi ducis esse in pugna strenue resistere:& fer-
rú cõtra armatos impigre stringere:inermes:& deuictos pro ciuibus habere.Possem hic pluribus immo-
rari:si uellem recensere quot hostes clarissimos miti⁹ tractaueris:quot simultates reip.causa deposueris.
Non noua dignitas ulla:non innumeri honores:& maximi:non q; pro inuictissimo: potentissimoq; Re-
ge nostro tanti exercitus summus Imperator fueris:aliquid ex moribus tuis immutarunt. nihil.n. i illos
fortunæ licuit:immo tanto humanior:quo felicior:& quia felicitatem tuam recte noueras:eam optime
ferre didiceras.Liberum est omnibus te alloqui:finemq; sermonis suus cuiq; pudor:nõ tua superbia fa-
cit.Quá diligens in omnes:& constans amicitia:cumq; tibi larga demerédi ciues materia suppetat:quá-
libet occasionem uenaris:ut indies plures concilies: cumq; multa donaueris: longe tamen plura tibi su-
persunt.nam quod benignitate tua effundis:id diligentia reparas.scis.n.illam esse ueram munificentiá
quæ dignis condigna distribuit:non quæ:quod huic donat:auferat illi. Tu uero cum sis alieni abstinés
pari laude uoluptatibus tuis moderaris:neq; superfluo cœnarum luxui indulges.non.n.distentus crapu
la indigna principe loqueris.sed ciborum modestiam honesti sermones condiunt. sequuntur remissiões
feriæ tua conuiuia:non histriones:& scurræ.& q̃q̃ rebus arduis implicitus amas studia: nec fere ullú in-
termittis diem:quo uel Cæsaris gesta:uel alterius maximi ducis non relegas: ut teipsum in illo specule-
ris:consilia cum tuis conferas.Deniq; domú tuam ita institueris:ut quandoq; beneuiuendi posteris exé-
plum datura sit:nihilq; in laribus tuis non laudabile conspiciatur:imprimis.III.uxor tua Beatrix mode-
rationis:castitatis:sanctitatis norma:q̃ cultu modesta:q̃ parca comitatu: q̃ ciuilis incessu: diceres roma-
narum ueterum principem aliquam.Verum cur præfationis formá excedimus?nam si uellemus clario-
ra sectari:in panagyricum alium panagyricú contexeremus.Nos uero præter admirandas in te uirtutes
priuatum beneficium ad hoc consiliú compulit.cum.n. domus nostra Catanæa diuulsa inuicé: alii alia
sectarentur:& uetus iter gentiles simultas(nolo dicere discordiá)pridem inualuisset:tandem diuino nu-
mine concordiá respiceret:idq; impetrandum esset a senatu:sed iam propter nonnullorum occultú bel
lum desperaretur:tu cum prudentissimo Præside:uos inquam huius urbis duo clarissima lumina dissi-
dentes concordastis:& priuilegiis honestissimis familiam nostram coniunxistis.argumétum firmissimú
neutrum alicui factioni studere:sed orbe quodam socialitatis omnes pariter fouere. Num igit̃ tibi me-
ritissimo dicare debuimus Traiano inuictissimo dictam orationé omnium eius generis præstátissimá?
a Secundo publicatam eo consilio: ut imperatori optimo uirtutes suæ ueris laudibus cõmendarentur.
deinde ut futuri principes non quasi a magistro:sed tamen sub exemplo præmonerétur: qua potissimú
uia possent ad eandem gloriá niti:in ea tanta uis eloquentiæ fuit:ut illum ipsum Traianú eodem uirtu-
tis tenore ad extremú uitæ finem perduxerit.humanum:liberalem: iustum conseruauerit: felicissimum
eius imperium prætiterit:quá Sidonius incomparabili principi comparabilem.i. admirandá acutissime
iudicauit:certe unicum futuris principibus regendi exemplar:ut credibile sit:qui insecuti sunt Impera-
torum optimos præstitisse.nam si censent Isocratis ad Philippum orationem plurimum Alexandro pro
fuisse ad suscipiendam aduersus Barbaros expeditionem: quantú putamus hanc posteris contulisse nõ

Traiano miſſam:ſed dictam in illo ſenatorum ordine clariſſimo:frequēti malorum Cæſarum recordatione:uel inuitum quæ poterat ad bonum trahere?Conſiſtit autem in genere demonſtratiuo diuini Cæſaris laudes complexa:cuius ordo mirabilis:& tranſitus rerum ita conuexus:ut idem corpus una ſuperficie contentum uideatur:uariis figuris tanq̄ luminibus decenter illuſtratū.ſine controuerſia inter panagyricas orationes princeps.quæ uerbis idoneis:& ſententiis ad inuentiōem accōmodatis exornata Traiani raram felicitatem puro dicendi flumine compræhendit.Verſatur in graui figura: quam interdum mediocris ſuſcipit:neq̧ n.ſemper affectanda ſunt elata:& excelſa.in ea ſplendorem:magnitudinem:grauitatem:uenuſtatem:celeritatem inuenies:neq̧ deſiderari poteſt artificium:dictio:figura:membrū:compoſitio:clauſula:ſonus.uitat enim uocaliū cōcurſum:& quæ reddunt orationē hiantē: inde de rhytmū fluit ſucculenta.facilitatem uero ita temperauit: ne in humilem ſermonem decideret : ſed dignitatem ſuam retineret:at dicendi libertatem:ut non monere:ſed probare uideatur.Nec mirandum ſi elocutio:& ars ſæpe detegitur:nam iis actionibus:quæ in aliqua ſine dubio ueritate uerſantur:& ſunt ad popularem aptæ delectationē:quales legimus panagyricos:totumq̧ hoc demonſtratiuum genus : permittitur adhibere plus cultus:omnemq̧ artē:quæ latere plærunq̧ in iudiciis debet non confiteri modo: ſed oſtētare hominibus in hoc aduocatis.Vna autem & maxima in hoc opere difficultas nos circumſtetit:Neruæ:Traianiq̧ geſta:quæ frequenter in hoc libro occurrunt publica litterarum iactura ferme deperdita.nam ueterum nemo circumfertur:qui illorum uitas luculenter a ſe ſcriptas nobis tranſmiſerit. Dionis enim & reliquorum compendioſa quædam admodum:& interciſa ſuperſunt.cum tñ legerim⁹ multos:ut Marium Maximū: Fabiam Marcellinum:Aurelium Verum:Statium Valentem Traiani res poſteris tradidiſſe.Elaborandum igitur fuit non mediocriter circa hiſtoriæ conquiſitionem: & ut in integram:ueramq̧ lectionem Secundum reſtitueremus.quod ſi aliqua neceſſaria deſiderabūtur:ſcias Ill.Princeps nobis bonam mentem non defuiſſe:enixumq̧ pro uirili noſtra diligentis interpretis officio fungi. licet arduum fuerit in tanta rerum caligine:ac ꝓfunda diſciplina ingenii noſtri uiribus ubiq̧ paria feciſſe.homines.n.ſumus:& primi hoc opus ab aliis quāuis doctiſſimis hucuſq̧ intactū aggredimur nulli⁹ auxilio nixi.Veniam itaq̧ petimus ſi quid minus cōueniens offenderis:q̄q̄ ſi ea facilitate:qua ceteroꝝ ſcripta noſtra reſpexeris:non ſolum uenia:ſed & laus ſperanda eſt.nobis tamen uenia ſufficit.

¶ Ad eundem Ill.Principem Hendecaſyllabum Thomæ Mayni

En qualis tibi Plinii Secundi
Traiano celebratus in ſenatu
Prætexta meliore nunc libellus
Excultus:quia falce diligenti
Purgauit ſegetem male occupatam
A rubigine:lolio:cicuta:
Morbo gramineo:ſituque turpi:
Clara difficiles notatione
Abſoluens Catanæus ille ſenſus:
Ritus:hiſtorias:genus loquendi
Romanum:lepidum:decens:uenuſtum:
Diuinum:graue:floridum:recoctum.
Nunc excultus ager:ſubacta terra:
Nunc læta eſt ſeges.Haud graui labore
Princeps collige fertiles labores.

Andreæ Sarrachi preſbyteri ad Interpretem

Ede opus egregium:maturos excute fœtus:
Atq̧ panagyricus ſit Ducis iſte mei.
Traianum laudas:par eſt Triuultius Heros:
Qui ſeſe in diuo Cæſare ſæpe iuuat.
Iis oblectatur:ſtudioſos ſuſtinet:audit
Rhetoras:hiſtoricos:hos colit:hoſq̧ fouet.
Tutus eris tanto ſub Principe.felle tumentes
Gorgoneo rabiem diſſimulare uolent

¶ IOANNIS MARIAE CATANAEI COMMENTARII IN PANAGYRICVM .C. PLINII SECVNDI NOVOCOMENSIS.

ſibi ſubſequuntur. Vlpi. reſpondet. legibus cautum : ut ſinguli anni per ſingulos liberos remittantur ad honores: & in panagyrico Conſtantini & Maximiani ſcribitur: ſi leges hæ : quæ multa cælibes notauerunt: parentes præmiis honorarunt uere dicuntur eſſe fondamenta reipub. quia ſæminarium iuuentutis: & quaſi fontem humani corporis ſemper romanis exercitibus miniſtrarunt : & reliqua. Pares. ingentes. Ratio. uia. Bonus. liberalis. Occaſum. deficientibus ciuibus. eſt autem repetitio. Defectum corpore. ſine membris & thorace poſitum eo modo defectum a Secundo: quo a Martiale Dulcia defecta modulatur carmina lingua : pro eo quod deficit. Tuetur. ſe & imperium ſuum. Parentum : liberorum. articulus grauis. Exciperet. applauderet tibi aduenienti. Ne rogarent. nam gratia quæ fit non rogata gratior eſt. Tollere. habere. Expediat. ſit utile. Niſi uices humanæ fragilitatis. niſi caſus mortalium præſertim mortem. circuitio. Inſanabiles. incurabiles : deſperatos. Principis ira. qua ſolebant abſumi interdum filii. In ſpem congiariorum. repetitio & ſimiliter cadens. Adeo certe. expletiua dictio interdum multum ſignificans utraque ſignificatione apud Terētium & Virgili. inuenies. Nihil. traductio. Largiatur : auferat: alat : occidat. contrarium exornatio. Concupiſcant. tollere. Cōtra. non inuenientur qui filios concupiſcant ſi imperator largiatur & auferat. uidetur notaſſe Domitianum : qui initio liberalitatis experimenta dedit : omnes circa ſe largiſſime proſecutus : congiarium populo nummorū. ccc. ter diſtribuit : epulum equiti : ſenatuique panariis plebeiſq; ſportellis cum obſonio diſtributis: omne genus rerum miſſilia ſparſit : ſed conuerſus ad rapinas nihil penſi habuit : quin prædaretur omni modo bona uiuorum & mortuorum: neque in clæmentiæ tenore permanſit fuit enim non ſolum magnæ: ſed & calidæ inopinatæque ſæuitiæ.

Næ. certe. Ille. Domitianus. Breui. an quia ſero diſſimulatam ſæuitiam patefecit. Effecerit. ſua ſæuitia. De tuo. de rebus imperialibus: non ui & contra fas a ciuibus extortis. Vt ferarum catuli. ſimilitudo per breuitatem. Sanguine & cædibus. bonis occiſorū. Quod nemini eſt ereptum. Dion in hanc ſententiam pedibus iuit. Traianus inquit a pecuniis alienis & iniuſtis cædibus abſtinuit.

Quanquam. correctio. Hunc. Traianum factum eſſe pauperem. Alio autē. correctio per interrogationem. Profudiſti. dilargitus es. Flagitii. ſceleris. In ſectatione eius, taxatione: infamia, hoc feciſſe Neronē poſt britānici funus legimus apud Tacitū largitione potiſſimū quēq; amicorum iungentem: nec defuerunt qui arguerent uiros grauitatem aſſeuerantes: quod domos uillaſq; id temporis quaſi prædas diuiſiſſent: alii neceſſitatē adhibitā credebant a principe

pares pœnæ cohortantur: pauperibus educandis una ratio eſt bonus princeps. Hic fiducia ſui procreatos niſi larga manu fouet: auget: amplectitur. occaſum imperii: occaſum: reipu. accelerat. fruſtra princeps plebe neglecta ut defectum corpore caput : nutaturumq; inſtabili pondere tuetur. Facile eſt coniectare : quod perceperis gaudium cum te parentum: liberorum : ſenum: infantium: puerorum clamor exciperet. Hec prima paruulorum ciuium uox aures tuas imbuit: quibus tu daturus alimenta hoc maximum præſtitiſti: ne rogarent. Super omnia eſt tamē: quod talis es: ut ſub te liberos tollere libeat: expediat. nemo iam parens filio niſi fragilitatis humanæ uices horret: nec inter inſanabiles morbos principis ira numeratur. Magnum quidem eſt educandi incitamentum: tollere liberos in ſpem alimentorum: in ſpem congiariorum: maius tamen in ſpem libertatis: in ſpem ſecuritatis. Atq; adeo nihil largiatur princeps: dum nihil auferat: non alat: dum non occidat: nec deerunt qui filios cōcupiſcant. Contra largiatur : & auferat : alat: & occidat. næ ille tam breui tempore effecerit: ut omnes non poſterorum modo: ſed ſui parentūq; pœniteat. Quo circa nihil magis in tua tota liberalitate laudauerim: q̄ quod congiariū das de tuo: alimenta de tuo: neq; a te liberi ciuium: ut ferarum catuli ſanguine : & cædibus nutriuntur: quodq; gratiſſimum eſt accipientibus: ſciunt dari ſibi: quod nemini eſt ereptū : locupletatiſq; tā multis pauperiorem eſſe factū principem tantū: q̄q̄ nec hunc quidem. nam cuius eſt quicquid eſt omnium: tantum ipſe: q̄tum omnes habet. Alio me uocat numeroſa gloria tua: alio autem? quaſi uero iam ſatis ueneratus: miratuſq; ſim: quod tātam pecuniam profudiſti: non ut Flagitii tibi conſcius ab inſectatione eius auerteres famam: nec ut triſtes hominum: mœſtoſque ſermōes læ-

Adeo.

sceleris sibi cōscio: & ueniam sperante: si largitionibus ualidissimum quenq; obstrixisset. ad hæc tradēte Dione post necem matris Agrippinæ prætorianis Nero argentum distribuit: deinde multis editis spectaculis missilia spartit in populum: edulia: equos: seruos: currus: aurum: argentum: uestem uariam: per tesseras dedit. Detineres. occupares. diuerteres. delectares. Alimentis. nam præter congiarium etiam promisit deditq; alimenta. Nullam culpam redemisti. adiunctio color. non absoluisti te ab ulla culpa & crudelitate: cum omni crimine careres. Impendio. liberalitate. Non uenia. antiteton. Tribunali. suggestu. loco edito: sede. Exoratus. placatus. Gaudentibus gaudens. traductio.

tiore materia detineres: nullam cōgiario culpā: nullam alimentis crudelitatem redemisti: nec tibi bene faciendi fuit causa: ut quæ male feceras: impune fecisses: amor impendio isto: non uenia quæsita est. p.q.ro. obligatus a tribunali tuo: nō exoratus recessit. Obtulisti enim congiariū gaudentibus gaudens: securusq; securis: quodq; antea principes ad odium sui leniendum tumentibus plebis animis obiectabant: id tu tam innocens populo dedisti: quam populus accepit. Paulo minus .P.C. quinque milia ingenuorum fuerunt: quæ liberalitas principis nostri cōquisiuit: inuenit: adsciuit. hi subsidium bellorum: ornamētum pacis publicis sumptibus aluntur: patriamque non ut patriam tantū: uerum ut altricē amare condiscunt. Ex his castra: ex his tribus replebuntur: ex his quando ꝑ nascentur: quibus alimētis opus non sit. Dent tibi Cæsar ætatem dii: quam mereris: seruentq; animū: quem dederunt: & quanto maiorem infantium turbā iterum: atque iterum iubebis incidi (augetur enim quotidie: & crescit non quia cariores parentibus liberi: sed quia principi ciues) dabis congiaria si uoles: illi tamen propter te nascuntur. Instar ego perpetui congiarii reor affluentiam annonæ: huius aliquando cura Pompeio non minus addidit gloriæ: q̄ pulsus ambitus campo: exactus hostis

Principes. præterea scimus Neronē post detectam coniurationem Pisonianam bina nummum milia uiritim manipularib⁹ diuisisse & sine precio frumētum addidisse. Tumentibus. iratis. Obiectabant. tanquam offam Cerbaro. Populus. qui nō excādescebat: sed quiescat. Ingenuorum. liberorum. Adsciuit. sibi assumpsit nutiendos. Spartianus pueris ac puellis: quibus etiam Traianus alimenta detulerat: incrementum liberalitatis Adrianus adiecit. solitum dari frumentum liberis testatur Capitolinus. pueros narrat & puellas nouorum hominum frumētariæ præceptioni præcœperunt ascribi. Subsidium: suppetiæ loco militum deficientium articulus grauis. Patriam. traductio. Ex his. quinq; milibus paulominus. Tribus. urbanæ. Ex his. repetitio. Nascentur. diuites. Quam longissimam. Quem. liberalem. incidi. ascribi. notari in ære.

Non. iccirco augetur. Ciues. cariores sunt quam ipsis parentibus. Propter te. propter liberalitatem tuam. Affluentiā annonæ. copiam frugum. laudat ab accidentibus. Huius cura cōstituti erāt præfecti frumento diuidundo in populum siue donaretur siue minimo distraheretur: non tam tributim q̄ uiritim: ut æquam portionem quisque caperet. hoc officii genus excogitauit Augustus: qui in difficultatibus annonæ gratis plærunq; uel leuissimo precio frumentum dimensus est: & in magna sterilitate uenalitias & lanistarum familias: peregrinosq; oēs exceptis medicis & præceptoribus: & parte seruicioꝝ urbe expulit: quo facto annona conualuit. dicere solebat Aurelianus nihil po.ro. saturo lætius, at cōtra immanis ille Caius nonnunq̄ horreis publicis præclusis populo famem indixit. Pompeio. Appianus lib. ii. bellorum ciuilium. Romani assidua fame diutius uexati Pompeium annonæ oīs præfectum & prouisorem elegere: eidemq; ut in piratico bello uiginti senatorii ordinis uiros addidere: quos ille uicissim per prouincias partitus est: ipse nationes undiq; percurrens urbem frumento: cæterisq; ad uictum necessariis repleuit: qua ex causa ad ampliorem adhuc gloriam peruenit ac potestatem. abbreuiator Liuii. Gn. Pompeio per quinquennium annonæ cura mandata est. sed uberius in uita Pompeii Plut. Cicero inquit pro lege orans frumentaria quodam modo iterum oīs terræ: omnisq; pelagi po.ro. subiecti potestatem Pompeio integram dedit: & portus omnes: negociatorum conuentus: frugū dispensationes. & unico nomine oīa nautica atq; terrestria Pompeio subdita. Clodius legē hanc a senatu ꝑdisse ob annonæ caritatē aiebat: sed angustiā annonæ emanasse: ut lex ꝓmulgaret: ueluti nō ferente Pōpeio potentiā suā extingui: sed ex nouo quodā magistratu excitare eā semp q̄ritāte. alii dicūt hoc cōsulē Spinterē machinatū esse conātē ad maiorē magratū ꝓmouere Pōpeiū ut ipse ad regē Ptolemæū restituēdū mitteret. designat⁹ itaq; Pōpei⁹ rei frumētariæ dux: diuersa i loca legatos amicosq; mittit: i Siciliā ipse atq; Sardiniā deide i Africā nauigans ui ꝑ magnā frumēti cōpauit. repetiturus

Pomp. annona.

Romam cum mare procelis infestaretur:& gubernatores se altô committere timerent:primus nauem i gressus solui iussit anchoram clamitans nauigare est necesse:uiuere necesse nõ est.hac audacia & animo usus læta cum fortuna omne for frumento:& omne mare nauibus impleuit: unde & cæteris extra urbem incolis hic apparatus superabundans fuit ueluti a fonte quodã imensa frumenti copia manasset.
Non minus.non fuit minus gloriosum. Pulsus ambitus campó: a petentibus magistratus q dabantur in campo Martio exclusa ambitio:& coruptella.Liuii abbreuiator.coniuratio eorum:qui in petitione consulatus damnati ambitus erant:facta de interficiendis cõsulibus oppressa é. Asconius insuper Pedianus refert a. Cn. Pompeio consule latam legẽ ex senatuscõsulto de ambitu pœnã grauiorem & formam iudiciorum breuiorem continentẽ: prius enim testes dare:deinde uno die atq eodem:& ab accusatore:& ab reo perorari iubebat:ita ut duæ horæ accusatori:tres reo darentur:cui legi.M.Cælius tr.pl. obsistere conatus est:& cum pertinacius legẽ uituperaret eo processit iræ Pompeius: ut diceret si coactus eẽt:armis se .R.P. defensurum. nam ambitiosi nullo rubore ad lucra cõfluebant:populus non nisi mercede accepta ad suffragia pdibat.ferunt octingentorum summam telentorũ magistratus nomine ex sequestro fuisse deprehensam:ita ut neq coss.per singulos annos exercitum ducere:aut bellum gerere fas esset.

mari:oriens triumphis:occidensq lustratus.Ne cuero ille ciuilius:q̃ parens noster: authoritate: cõsilio:fide reclusit uias:portus patefecit:itinera terris:littoribus mare: littora mari reddidit: diuersasq gẽtes ita cõmercio miscuit: ut quod genitũ esset usquã: id apud omnes natum esse uideretur. Nonnæ cernere datˊ: ut sine ullius iniuria omnis usibus nostris annus exuberetˊ quippe nõ ut ex hostico raptæ: perituræq ĩ horreis messes nequicquã queritantibus sociis auferunt.ˊ deuehunt ipsi quod terra genuit: quod sydus aluit: quod annus tulit:nec nouis indictionibus pressi

Hostis.pirata Cilix:sed cum pluribus hoc bellum Plut. in Pompeio: & Dion pariter: nec non Appianus : ac.M. Tullius pro impetatore eligendo . pluresque alii tradant : ut Liuii compendia : rem tamen totam commodius .L.Florus uidetur expressisse:cuius hæc peroratio : quid prius in hac mirer uictoriaˊ uelocitatemˊ quod quadragesimo die parta estˊ an perpetuitatem ˊ q amplius piratæ non fuerunt. Oriens triumphis.superatis Mitridate:Tygrane: Albanis: Iberis: Arabibus. Occidensque lustratus . Domitium in Africa reliquias exercitus Marii colligentem uicit & occidit. Iarbam cœpit.omne uero belli Africani tempus:atq uictoriæ:ex quo domitis hostibus subægit regionem:quadraginta dierum fuit : pro quo Magnus a Sylla cognominatus ante tempus triumphauit.in Hispania Herennium: Perpennam: Sertorium uicit:demum Syriam occupare concupiuit atque per Arabiam mare rubrum attingere: ut undique qui orbem cingit occeanus trophæis suis impleretur : etenim primus in libya usque exterius progressus est pelagus:in Hispania apud atlanticum mare fines ro.imperii protendit. tertio Albanos prosequens ferme ad Hircanum pelagus progressus est . Iudea subacta regem eius Aristobolum cœpit . memorantur hæc & plura ab antedictis scriptoribus. Ille : Pompeius. Ciuilius. humanius. popularius. Parens. Traianus pater patriæ. Vias . annonæ r.compar graue. Patefæcit . præstitit ut tuto adiri possent.

Reddidit.liberauit ab omni incursione.totum orbem latronibus purgauit. Littoribus littora: mare mari.traductio. Commercio. facultate commutandarum mercium:qui usus maxime ex tuta nauigatione comparatur. Natum. quia abunde omnia quocunque terrarum importantur. Vllius. sociorum: maxime siculorum decimas populo romano persoluentium . hoc uberrime tractat.M. Tullius in

Hosticum: Verrinis. Exhuberet.fertilis sit. largiter satisfaciat. Vt . tanquam. Hostico. hostili terra. hosticam gloriam dixit Spartianus in Pescennio Nigro: & Vegetius hosticas naues : unde Hostum Hostilium a matre uocitatum peritissimi uetustatis referunt:q primus esset in hostico procreatus. Perituræque in horreis. nulli usui futuræ in horreis publicis, inueniuntur hodie in priuatis quas dominorum auaritia corrumpit longius reconditas:q̃ frugum imbecillitas patiatur. Necquiquam queritantibus.frustra cõquerentibus apud magistratus pro rapina Annonæ:quam non sunt recœpturi. Deuehunt. sua sponte ad nos transportant. Ipsi.socii. Quod sydus aluit.possunt hic notari tres exornationes. disiunctio:

Indictio. repetitio:compar. sydus autem pro temperie cœli positum est. Nouis.insolitis. Indictionibus. tributis: quæ singulis tribus lustris patrimoniis indicebantur: unde etiam mansit apud quosdam consuetudo numerandorum annorum ab indictionibus .i. a spacio.xv. annorum . indicebantur prouinciis primo lustro auri tributa:argenti secundo:aeris tertio:ut in authenticis:&.x. codicis de annonis & tributis: post quod sequitur aliud caput de indictionibus: ubi rescribit Diocltianus: indictiones non personis:sed rebus indici solere:& ideo ne ultra modum earundem possessionum quas possides conueniaris Præses prouincæ prospiciet.indicere enim iubere significat:& Seruius super illud templis indicit honorem innuit indictiones fuisse extraordinarias. Ad.præter;uel in. Fiscus.imperatoria pecunia. Vide-

tur.ad usum publicum satis. Licentem. ementem.Pli.libro.xiiii. tunc auidi matronam oculi licentur. Liceri.
Apuleius secundo.si quis mortuum seruare uellet:de precio licea...dicitur etiam licitari.Pli.libro.vii. Licitari.
Aristidis thebani pictoris unam tabulam centum talentis rex Attalus licitatus est. & licitatio emptio:
conductio.Paulus de publicanis.licitatio uectigalium quæ calore licitantis ultra modum solitæ con-
ductionis inflauit:ita demum admittenda est: si fideiussores idoneos:& cautionem is: qui licitatione ui
cerit offerre paratus sit.licitatores uectigalium ad iterandam conductioné: antequam superiori condu
ctioni satisfaciát:admittendi non sunt.

ad uetera tributa deficiunt.Emit fiscus quicquid uidetur emere:inde copiæ: inde annona: de qua inter licentem: uendentemque coueniat: inde hic sacietas: nec fames usquam. Aegyptus alendis:augendisq; seminibus ita gloriata est:ut nihil hymbribus cæloq; deberet:si quidé proprio sem per amne perfusa:nec alio genere aquarum solita pinguescere:quam quas ipse deuexerat:tantis

Conueniat. facile sint concordes precii
uilitate. Hic.in urbe. Aegyptus. excef- Aegyptus.
sus pulcherrimus repetens rem altius. Ae-
gyptus terra exps hymbrium:mire tamen
fertilis:& hominum:aliorumque animali-
um fœcunda generatrix: difficilis accessu
marique importuosa:& ab occidente qui-
dem secúdum Iosephum libro quinto ari
dam Libyam habet obiectam. a meridie
uero limitem:qui Syenen ab Aethiopia di
rimit: nauibusq; inuias Nili fluminis cata
ractas.itemq; ab oriente mare rubrum ad
Cosoton ciuitatem usq; diffusum: septentrionale uero munimentum habet terram usq; Syriam: & qd'
dicitur Aegyptium pelagus totum portubus carens.Strabo.xvii.antiqui id solum Aegyptum uocauere:
quod habitaé & a Nilo irrigaé:a locis Syene proximis incipientes usq; ad mare:posteriores uero ad hoc
usq; tempus:e quibus Herodotus:oés fere orientales partes assumpserunt:quæ iter arabicú sinum atq;
Nilú:ab occidente uero loca usq; ad Abases:in ora maritima ab ostio canopico:usq; ad eú locú:qui Ca
rabathmus dicié:& ea quæ Cyrenæi tenent:ná Ptolemæi reges: qui Cyrenaicam tenuere: adeo quondá
poluerunt:ut eam ab Aegypto Cyproq; seperarent.Romani qui postea successerunt illorum puinciam
Aegyptú iudicantes i iisdé finib9 seruauere.lege plura apud Diodorú lib.i.& Mellam.dicta Aegyptus si
Himmonio credimus ab Aegypto rege Beli filio:aut ab Aegypto Nili.ná prius Nilus dicebaé.aut quasi
αἰγὶ ϖοτοσ uñ αἰγίϖτοσ iuxta caprá:quam Aegyptii colunt.aut quia nutriat pingues capras:aut se
cundú Orum thebanum ὡσ ἐγγίζουσ ἀπὸ ϖοτῶν τῶ ϖοταμῶ.i. tanquam propinqua potui aut
fluuio aut ϖαρὰ τὸ αἴθω καὶ καίω.i.ab ardendo & comburendo:ná in Aegypto uiri adusti sunt ex ue-
hementi solis ardore. Gloriata.sunt enim ægyptii uentosi:diuites:fœcundi: inde noua sæpe molieban
tur.authores habeo Vopiscum:& Tacitum. Nihil hymbribus cœloq; deberet. hæc Claudianus uideé
ad unguem expressisse in Nili descriptione. Felix qui pharias proscindit uomere terras:Nubila non spe
rat tenebris condentia cœlum:Nec grauiter flantes pluuiali frigore choros Inuocat:aut arcú uariata lu
ce rubenté.Aegyptus sine nube ferax:hymbresq; serenos Sola tenet secura poli:nó idiga uenti Gaudet
aquis quas ipsa uehit:Niloq; redúdat.Isocrates i Busiride.hymbris & siccitatis:quorũ aliis gétibus Iuppi
ter dispensator est:horú quisq;.ægyptius est dominus. Amne.Nilo.q amniú in nostrú mare pmeantiú Nilus.
maximus totam Aegyptú irrigat:qui uere secúdum Athenæú dici potest trahere arenas aureas:nam cú
segete uberrima uehit aurú icorruptum rite excultú:ut cunctis satisfaciat hominibus instar Triptole-
mi missus in uniuersam terram:quare Parmenon Bizantius poeta Aegyptiú Iouem Nilú appellauit.cæ-
teræ enim prouinciæ nisi pluuia iuuanté sterilescút:Aegyptus uero sola Nili inundatione contenta:etiá
alios alittis fluuius iuuat agros duab9 ex causis quod inúdat & oblinat: cú turbidus quicqd pingue se-
cú tulit siccis agris superinducit.añ ortú caniculæ augeé mediis æstibus ultra æquinoctiú:secúdú Dio
dorú increméntú nili a solstitio icipiés æstiuo usq; ad æquinoctiú:sempq; nouú limú secú qrens rigat cul-
tas regiões:tú incultas qto tépore uelint agricolæ:aquá.n.leniter fluenté facile paruis aggeribus arcent
iducútq;.p cõmodo terræ tantá uero fertilitaté infert: & agri colendi facilitaté: ut cú sæuerit aut oues
introducát in cápos ad conculcanda iacta sæmina:aut aratro leui terrá subducant:neq; nisi qttuor:aut
qnq; exactis mensib9 ad messé redeútes breui tépore uberrimos fruct9 absq; ulla impensa aut damno
reportét. uineæ quoq; eodé rigatæ modo uino abúdát.terra inculta pecori ad pastú relicta adeo exube
rat herbis:ut oues bis í anno pariant:bisq; pbeát laná:nimirú ista fertilitas ét ad hoies pcessit:ná gemi-
ni ptus familiares ac pene solénes ægyptiis sút incrementú nili aspicientib9 uideé admirabile:icredibi
le audiétibus sol9.n.æstate i imésú exuberat:hyeme minuié:& qm pluria cura molestiaq; urgebat agri-
colas nili inúdatio: excogitata é i Memphi qdá increméti mésurandi a regibus obseruatio: itaq; qbus
id negocii demádatú erat p eplas urbibus uicisq; significabát:quot cubitus:quotue digitis fluuius auct9
eét:& simul quo tpe cœpisset decrescere:qũo uacuus reddebaé ea solicitudine pplus: increméti magni-
tudine decreméntoq; notis:ubertaté futuram e uestigio ab inúdationis mõ notatis prioribus: téporibus.
agnoscebát.ad hæc lege Straboné lib.xvii.Pli.v.cap.ix.Diodorú primo:Senecá quarto &.vi.naturalium

segetibus iduebat̃:ut cũ feraciſſimis terris quaſi nunq̃ ceſſura certaret.hæc inopina ſiccitate uſq; ad iniuriã ſterilitatis exaruit:quia piger nilus cũctanter alueo ſeſe: ac languide extulerat: ingẽtibus quoq; tunc quidẽ ille fluminibus conferendus. hinc pars magna terrarũ mergi palãti amne cõſueta alto puluere incanduit.fruſtra tunc ægyptus nubila optauit:cælumq; reſpexit:cũ ipſe fœcunditatis parens contractior: & exilior iiſdem ubertatem eius anni anguſtiis: quibus abundantiam ſuam cohibuiſſet.Neque enim ſolum uagus ille expanditor amnis intra uſurpata ſemper collium ſubſtiterat : atq; hæſerat:ſed ſupino etiã: ac

Nili incrementum & Mellam. Proprio.ſuo.uel etiã ſi Diodoro:Stephão:& Hammonio credimus q̃ Nilus dictus ſit Aegyptus a rege Aegypto. Induebatur.contegebatur. ueſtiebatur. Feraciſſimis:Sicilia:Africa:Italia. Ad iniuriam ſterilitatis.Pli.ſcribit iuſtum incrementũ eſſe cubitorum.xvi. minores aquas nõ omnia rigare: ampliores detinere tardius recedendo:nam hæ ſerendi tempora abſumunt ſolo madente:illæ nõ dant ſitiente:utrunq; reputat prouincia in.xii.cubitis famem ſentit:in.xiii.etiã eſurit.xiiii.cubita hilaritatẽ afferũt.xv.ſecuritatem.xvi.delicias.maximũ incrementum ad hoc æui fuit cubitorum.xviii. Claudio principe:minimumq; pharſalico bello:ueluti necem Pompeii magni prodigio quodã flumine auerſante:& quõdam fame preſſam Aegyptum tradit Diodorus libro.ii.& per nouennium Nili inundationem cohibitã teſtatur Ouidius in arte.ubi docet ſolitũ irritari ad incremẽta imolata hoſtia hũana. utitur autem Secundus amplificatiões res niloticas iminuens:& Traiani augens. nam ut inquit Cicero libro.iii. de oratore ſumma laus eloquentiæ eſt amplificare rẽ ornando. q̃ ualet non ſolum ad augendũ aliquid: & tollendum altius dicendo : ſed etiam ad extenuandum atq; abiiciẽdum. id autem deſyderatur cũ explanamus aliquid:nihil enim ad exaggerandam & amplificandam orationem eſt accommodatius q̃ laudare & uitupetare cumulatiſſime : amplificatio igitur una laus oratoris

Nili origo eſt & propria. Quia piger Nilus.deſcriptio.Nilus ex monte Atlante procul dubio oritur: qui mons in Macennitide iuxta oceanum ad ueſperam longe ſuper cæteros erigitur:unde poetæ cœli columnã uocant.nemo enim unquam totum conſcendit:neq; uerticem uidit:ideo ſemper niuibus tectus & magna uis aquæ inde defluit in æſtu: inſuper circa radices totus eſt paludibus obſitus: tunc igitur magis repletur:inde Nilum tempore certo auget.fons eius gignit crocodilos & cætera animalia quæ Nilus:neq; miretur aliquis ſi ignota priſcis græcis inquit Dion inuenimus:nam Macennitæ iuxta inferiorem Mauritaniam habitant:& multi illinc milites ad Athlanta perueniunt:quem montẽ aſſiduis nubibus & aqua ſcatentem teſtatur Virg.in.iiii. iamq; uolans apicem & latera ardua cernit Athlantis duri : cœlum qui uertice fulcit:Atlantis:cinctum aſſidue:cui nubibus atris Pinniferum caput: & uento pulſat̃. & hymbri Nix humeros infuſa tegit:tum flumina mento præcipitant ſenis:& glacie riget horrida barba.Pauſanias tamen libro primo memorans aquã defluentem ab Atlante nullum fluuium emittere quamuis ibi crocodilus naſcatur:ſed arenis abſorberi:& non multo procul ab Arena Nili fontem ebulire:at.ii.idem refert Euphratem abſorberi:& rurſus apud Aethiopas ſcaturientem oſtendi.Seneca.vi.naturalium uero proximiora:alii alia de ortu Nili:ut Mella & Strabo.Diodorus:Ptolemæus:Ioſephus.Solinus.Vitruuius:Tibullus. Piger.minor ſolito. Cunctanter.uix.ſegniter. Extulerat.creuerat:exierat. Tũc.quãuis minus excreuiſſet.maximus enim fluuiorum:qui in noſtrum mare exonerantur. Mergi. contegi.

Palanti.Effuſo & uago:in quam ſignificationem Liuium uſurpaſſe: cuius Secundus ſtudioſus extitit inuenies.nam palare ſecundum Feſtum errare ſignificat:& palos plantare apud Columellam Pliniũq;. Incanduit.aruit.quicquid enim Nilus non adiuuit ſterile ac ſqualidum iacet. Fruſtra. quia illic non ſolet pluere:quare dixerat Seneca in Aegypto nemo aratorum aſpicit cœlum. Parens.Nilus. Contractior & exilior.idem Seneca in naturalibus.proinde Sterilis annus aut fertilis eſt prout Nilus magnus influxit:aut parcior.ordo & ſenſus eſt:cum ipſe parens fœcunditatis contractior: & exilior cohibuiſſet ubertatem eius anni iiſdem anguſtiis quibus cohibuiſſet abundantiam ſuam.i.tantũ excreuiſſet in.xii. cubitos:quibus authore Pli.famem ſentit Aegyptus. Expãditor.expaciator. effuſor. Intra uſurpata collium.ad incrementum conſuetum:q̃ ut diximus dignoſcebatur quadam ratione in Memphi a regibus excogitata:cũq; Aegyptus ſit plana & campeſtris:urbes:uici:agricolarũ mapalia aggeribus munita aquæ inundationem repellunt:& tanquã cyclades intuentibus apparent. Semper.ut plurimum.iam.n. annotauimus Aegyptũ fame preſſam. Abſtulerat ſe refugum.refugerat. Supino.molli.Iuuenalis . &

Supinum. multũ referens de Mœcenate ſupino. Vel ſupino ſolo.eleuato.Apuleius ſi.Floridorum. alibi campotum ſupinam planiciem coæquauit.aliquando ſupinum ſignificat pigrum.idem in fine ſui aſini ſupinã procraſtinationem.Martialis libro.vi.ſupinam aurem:Venuleius.ff.xliii.reſupinam exiſtimationem dixerunt. interdum ſuperbum ſignificat . Martialis quinto . Hæc & alia dum refert ſupinus : interdum detectũ ut non multo poſt.& ſupinare ac reſupinare pro erigere uultũ ad cœlum frequenter uſurpant

eruditi. Detinenti.ficco non fatis irrigato.Non placido.uehementi.rapido. Terras humentes addiderat.fuper induxerat limum. Ideft ubertate.interpretatio color:nam ab inundatione fequitur ubertas. Regio.Aegyptus. Sic.precibus:tanto defyderio. Nec longius.non eft paffa Aegyptus famem nifi per illud fpacium:quo Traianum certiorem fæcit. Accincta.prompta:parata. Triftius aliquod. infelicitatem aliquam. Tuo fæculo.te uiuo. Vt fcias.tantummodo ut cognofcas mala: nam ftatim rebus feffis fubuenis. Statùm.conditionem famem.ad multa refertur:ut ftatus rerum:ftatus temporum. Fortunam.deum. Vigilantiam. dilige̅tiam: prouidentiam. Cadat accidat. Campu̅. copiam.tranflatio. Profterni.præberi.allufit ad planiciem. eft autem interrogatio grauis. Secu̅da felices.fi recte fortunam fuam ferre nouerint:nam fine ratione errant: qui profperis rebus omnes fortunæ impetus fugiffe puta̅t. Aduerfa magnos probent. in aduerfitatibus uirorum magnanimitas cognofcitur:fi fortiter pati & prudenter prouidere fciuerint. Percrebuerat. inualuerat fama. Tacitus lib.xii. ubi fame̅ fub Claudio narrat.at hercule olim Italiæ e regionibus longinquas in prouincias commeatus portabant:nec nu̅c infœcunditate laboratur : fed Africam potius & Aegyptum exercemus:nauibufq; & cafibus uita.po.ro.permiffa eft. Vrbem noftram. Romam. denominatio. Opibus. frugibus.Tranqui.refert auguftum Aegyptum in prouinciæ formam redactam: ut feraciorem:habilioremq; annonæ urbicæ redderet : foffas oe̅s i̅ quas Nilus æftuaret oblimatas longa uetuftate: militario opere deterfiffe: & Aegyptum inter romanorum horrea numeratam : inde enim uehi frumentum in urbem folitum:iratumque fub Nerone populum:q alexandrina nauis puluerem palæftritis : non annona̅ famelicis importaffet. Ventofa. ifolens: uana.nam Vopifcus & Adriani epiftola teftantur. Aegyptios leue & uentofum genus hominum. Adhoc. furibundum iniuriofum:feditiofum. Victorem. romanum. Manibus: arbitrio. Effet. adiunctio. Refudimus. reddidimus.πάραδοξον Suas.proprias. quas nobis: miferat.

Reuexit.ab urbe in Aegyptum. Tributa.na̅ Cicero monftrat Auletæ patri Cleopatræ quota̅nis duodenu̅ milium & quingenum talentorum tributum afferre folitum ægyptum regnu̅:quare cu̅ is qui peffime: & fegniffime regnum adminiftrabat tantos redditus haberet: quanta putanda funt quæ romanis præftabantur tributa cum tanta diligentia exigere̅ter. Seruiat.fubiecta fit romano imperio: nulla illius neceffitate. Amet alueum fuum.contentus fit non inundare:& fe rippis fuis co̅tinere.amare pro contentum effe latini ufurpant ad græcorum imitationem:apud quos in hoc fenfu datiuo iungitur:apud nos uero femper accufatiuo. Fluminis modum.menfuram cæterorum fluminum fe fuo alueo cohibentium. Hoc.pertinet. Ad ægyptum.cum omnino luxuriet fertilitate ab urbe miffa. Similia redeuntibus.exhaufta:qualia prius foleba̅t redire a nobis. Solent.prius. Venire.ab Alexa̅dria. Contrarium.exornatio:inania & uacua:plena & onufta. Conuerfoq; munere.mutata uice:contrariis uotis.ficut enim folebant romani optare celerem nauigationem nauium alexandrinaæ ad urbe̅:

detinenti folo non placido fe:molliq; lapfu refugum abftulerat : nec dum fatis humentes terras addiderat are̅tibus. Igitur inundatio̅e ideft ubertate regio fraudata: fic opem Cæfaris inuocauit: ut folet amnem fuum . nec longius illi aduerforu̅ fuit fpacium:qua̅ dum nunciat. Tam uelox Cæfar potentia tua eft:tamque in omnia pariter intenta bonitas:& accincta: ut triftius aliquod fæculo tuo paffis ad remedium falutemq; fufficiat: ut fcias. Omnibus equidem gentibus fertiles: annos gratafque terras præcor . crediderim tamen per hunc ægypti ftatum tuas fortunam uires experiri: tuamque uigilantiam expectare uoluiffe. nam cum omnia ubiq; fecunda merearis : nonne manifeftum eft:fi quod aduerfi cadat:tuis laudibus:tuifque uirtutibus materiem : campumque profterni: cum fecunda felices : aduerfa magnos probent. Percrebuerat antiquitus urbem noftra̅ nifi opibus ægypti ali : fuftentarique non poffe. fuperbiebat uentofa: & infolens natio : quod uictorem quidem populum pafceret tamen: quodque in fuo flumine:in fuis manibus uel abundantia noftra:uel fames effet: Refudimus Nilo fuas copias. recepit frumenta quæ miferat. deportatafq; meffes reuexit. Difcat igitur ægyptus: credatq; experimento . no̅ alimenta fe nobis fed tributa pręftare. fciat fe non effe. P.R. neceffariam: & tamen feruiat. Poft hæc fi uolet nilus amet alueum fuum:& fluminis modum feruet. nihil hoc ad urbem ac ne ad ægyptum quidem nifi ut inde nauigia inania: & uacua: & fimilia redeuntibus: hinc plena:& onufta:& qualia folent uenire:mittantur: conuerfoque munere maris hinc potius

ſic nunc Alexandrini celerem ab urbe reditum ad ſe uoto poſcebát. Mirum.non eſt mirũ ſi Aegyptus laborauit penuria:per hoc enim declaratum eſt non poſſe uiuere ſine noſtro auxilio.mirum quidẽ fuiſſet ſi Nilus inundaſſet:non enim cognitum eſſet: non poſſe carere nobis. Vrbis annona. copioſiſſime in horreis publicis recondita:& ad uictũ noſtrum:& Aegyptiorũ.an potior ſenſus ẽ mirũ uideri debuit: ſi penuriá romana annona nõ ſentiret Aegypto ſterili ꝑpter ſuppreſſas Nili aquas. nũc uero q̃ro mirabilius eſt:ꝙ Aegypti ſterilitaté urbis annona nõ mõ nõ ſenſit:quia ꝑpterea nõ eſt facta carior.ſed Aegyptiorũ etiã neceſſitatibus ſuffecit.tua.n.cura illucuſq; redũdauit. Actũ erat. interierat funditus Aegyptus.deſperatõis ſũmæ uerbũ eſt: actũ eſt nã de iure tranſlatũ dr̃ in.ea re de qua iã lata ſit ſnia:qua cauetur ne quis re acta apud iudices eam repetat.

Fœcundiſſima.Iſocrates meminit plurima:& multiplicia bona Aegyptum producere. Libera. ſui iuris : non romanæ ditionis. Erubeſcebat . exponere famem ſuam tibi. Stupebant agricolæ.ethopœia:quæ fingit morem perſonæ. Agricolæ . Buſuris ſi fides præſtanda eſt Iſocrati diuiſit Aegyptios in tres partes in ſacerdotes: in opifices in quibus agricolas incluſit:& in milites.at Diodorus inquit fruct⁹ partim ſacerdotibus:partim regibus: partim militibus aſcripſit:eorum temp. ĩ tria hominum genera partitus ĩ paſtores:agricolas:opifices.agricolæ parua quadá mercede a ſacerdotibus regeq; aut militibus agros mercati per omnem ætatem ab ipſa puericia rei ruſticæ ſine intermiſſione uacabant: quo factum eſt ut agriculturæ cæteris : tum ob doctrinam a parentibus percœptam:tum ob cõtinuum uſum præſtent. Referſiſſent . repleſſent. Amnis. Nilus:qui repleſſet horrea. Maligna ſterilis uiſa eſt Aegyptus. Er Nilus ſæpe fluxit obſequens Aegypto . ſæpe inundauit Aegyptum. Nunquam fluxit largior. núquam fuit benignior. præbuit enim materiam ut poſſemus gloriari aluiſſe noſtris frugibus Aegyptum unde ſolebamus petere annonam. Ditio. Ditionem.imperiũ. Phocas in uſu tantum in ablatiuo & accuſatiuo ſingulari ditionem putat : nos tñ plæronque in genitiuo notauimus præſertim apud iureconſultos. Diremptam . diuiſam Aegyptum ab Italia. Mari.mediterraneo:ut adriatico: libyco: ægyptio. Vt. tanquam. Benignitas. frugum largitas

uentí ferentes:& breuis curſus optent̃.Mirũ Cæſar uideret̃ ſi deſidẽ Aegyptũ: ceſſantẽq; Nilum nõ ſenſiſſet urbis annona:q̃ tuis opibus: tua cura uſq; illuc redũdauit : ut ſimul probaretur:& nos ægypto poſſe: & nobis ægyptũ carere nõ poſſe: Actũ erat de fœcundiſſima gẽte: ſi libera fuiſſet: pudebat ſterilitatis ĩſolitæ: nec minus erubeſcebat fame:q̃ torquebat̃ :cũ pariter a te neceſſitatibus eius:pudoriq; ſubuentũ ẽ.Stupebãt agricolæ plena horrea:quæ nõ ipſi referſiſſent: q̄bus de cãpis illa ſubuecta meſſis:q̃ue ĩ ægypti p̄te alius amnis.Ita bñficio tuo:nec maligna tellus:& obſequẽs nilus ægypto q̄dem ſæpe : ſed gloriæ nr̃æ nunq̃ largior fluxit.Quã nũc iuuat ꝑuicias oẽs in fidẽ noſtrã:ditionẽq; ueniſſe:poſtq̃ cõtigit prínceps terrarũ:qui fœcunditatẽ:nũc huc: nũc illuc ut tp̃s:& neceſſitas poſceret:trãſferret:referretq;: qui dĩremptã mari gẽtẽ: ut partẽ aliquã populi: plebiſq; romanæ aleret:ac tueret̃. Et cælo quidẽ nunq̃ benignitas tanta: ut oẽs ſimul terras uberet:foueatq;.hic oibus pariter:ſi nõ ſterilitatẽ:at mala ſterilitatis exturbat.hic ſi nõ fœcũditatẽ:at bõa fœcũditatis ĩportat:hic æternis cõmeatibus orientẽ:occidentẽq; cõnectit:ut q̄ ubiq; ferunt̃: quæq; expetunt̃ :oẽs gentes inuicẽ capiãt:& diſcant quanto libertate diſcordi ſeruiẽtibus ſit utilius unum eſſe cui ſeruiãt quippe diſcretis quidẽ bonis oĩum ſua cuiuſq; ad ſingulos mala:ſociatis autẽ atq; permixtis ſingulorum mala ad neminẽ: ad omnes omnia bona pertinent . Sed ſiue terris diuinitas quædã:ſiue aliquis amnibus genius: &

fuit. Simul.uno anno. Vberet.fœcundet.actiuum eſt:cuius paſſiuum.xi.Palladius protulit.hoc coitu inquit ſteriles arbores uberantur:prius etiam participio uberato fuerat uſus. Mala ſterilitatis.famẽ. Hic.repetitio. Bona fœcunditatis.copiam annonæ. Orientem: occidentemque. uel in genere de omnibus dixit : & erit ſuperlatio : uel reſpexit ad Alexandriam magis orientalem : & Italiam occidentaliorem. Feruntur . producuntur. Expetuntur . deſyderantur ut bona. Inuicem capiant. pariter per commertia ſuſcipiant. Er diſcant.& cognoſcant . quid quæque ferat regio. Libertate diſcordi . fere cacozelon . melius eſſe uni principi ſeruire . quam ſine principe ſuam rempu. diſcordem habere. Diſcretis . quod ſit in repu. diſcordi. Sua cuiuſque mala . pertinent ad ſingulos. Sociatis. bonis omnium : ut ſub bono principe mala ſingulorum pertinent ad neminem nam leuantur partiGenius. cipatione aliorum : cum ſint omnibus communia. Sed ſiue terris . digreſſio . Genius . deus eſt;

solum illud:& flumen ipsum precor : ut hac principis benignitate contentũ molli gremio sæmina recondat:multiplicata restituat.nõ equidẽ reposcimus fœnus:putet tamẽ esse soluendũ:fallaceq; unius anni fidem omnibus annis: omnibusq; postea sæculis tanto magis:quia nõ exigimus:excuset. Satisfactum:qua ciuium:q̃ sociorum utilitatibus. Visum est spectaculu; inde nõ enerue:nec fluxum:nec q; animos uirorum molliret : & frangeret:sed quod ad pulchra uulnera:contẽptumque mortis accenderet : cum in seruorum etiam: noxiorũq; corporibus amor laudis: & cupido uictoriæ cerneretur. Quam deinde in edendo liberalitatem: quã iusticiã exhibuit oĩ affectiõe : aut

in tutela cuius:ut quisq; natus est uiuit:siue etiam q; ut generamur curat : siue q; una gignitur nobiscũ: siue etiam quod nos genitos suscipiat.ac tueatur.certe a gignendo genius appellatur. eundem esse Genium & Larem multi ueteres tradiderunt:inter quos.C.Flaccus: hunc in nos maximam immo omnem habere potestatem creditum est.nonnulli binos genios in his dumtaxat domibus:quæ essent maritæ colendos putauere:alii duplicem omnibus genium dicunt appositum.ita nobis genius appositus est assiduus obseruator:ut ne puncto quidem temporis longius abscedat:sed ab utero matris acceptos ad extremum uitæ diem comitetur. hæc Censorinus.at de deo Socratis Apuleius deum bonum scribit suo periculo posse uocari genium:quoniam is deus:qui est animus sui cuiusq;:q̃q̃ sit immortalis: tamen quodãmodo cum homine gignitur : ut ex preces:quibus genium precamur ad coniunctionem nostram : geminos & lares ministros deorum arbitrantur custodesq; hominum:& interpretes:siquid a diis uelint. Seneca tradit singulis geniu; & Iunonem daram:Plut. in quæstionibus genium tantum . Genium ubiq; scribit Seruius esse. hinc Virgi.dixisse : genium ne loci.notat Dionysius inter diuinum & humanum genus tertiam quãdam extare naturam: qua geniorum natio continetur:quandoq; hominibus:quãdoq; diis admixta: ex qua fabulare illud heroum genus esse ortũ aiũt. Festo tradente Genium appellabant deũ: qui uim obtineret rerum omnium gerendarum.genius est deorum filius & parens hominum:& propterea genius meus nominatur:quia me genuit.aliter genium esse putatunt uniuscuiusq; loci deum . geniales deos dixerunt elementa & sæmina rerum.quæ græci γὲνεολίουσ uocant.duodecim quoq; signa : & lunam & solem & hos computabãt.

Illud solum.ægyptiacam terram. Contentum.ut in posterum redundet. Sæmina recondat.exuberet.nam dicitur recondere sæmina molli græmio cum represso diluuio recedit ad tempus nõ rapido cursu & repropero:sed molliter ac sensim:sic.n.q; cœni inuexerat non secũ refert. Multiplicata.sæmia in duplũ reddat nobis. Fœnus.hic conuenit illorũ sententia qui opinãtur fœnus proprie dici naturalem terræ fœtũ:& quod a sorte extrinsecus reqritur. Putet.Nilus. Quia non exigimus.quia modesti sumus & uerecundi:neq; repetimus:quæ præstitimus:tãto magis debes esse singulis annis fœcũdus.

Excuset.expurget per deprecationẽ:cũ.s.peccasse confitetur reus:tamẽ sibi pro maioribus beneficiis ignosci postulat. Satisfactum.a te est. Qua.tum. Ciuium.dum eis alimenta præstas. Sociorũ.dũ famelicis succurris.est autẽ transitio color:nam parat ad alia transitum. Spectaculũ. gladiatorũ:Dione memorante Traianus in Theatro gladiatores cõmisit:nanq; his oblectabatur. Iulius Capitolinus in Maximo & Galbiano scribit proficiscentibus ad bellũ uenatiões & munera dari solita ab ĩperatoribus more inde orto:debuisse romanos ad bellũ ituros:pugnas uidere: & uulnera : & ferrũ:ac nudas inter se cohortes:ne dimicantes in bello armatos hostes timerẽt:aut uulnera & sanguinẽ perhorrescerẽt. sic Annibal priusq̃ cũ Scipione apud Ticinũ congrederetur rebus magis q̃ uerbis adhortandos milites ratus: circũdato ad spectaculũ exercitu captiuos montanos uinctos in medio constituit: armisq; gallicis ante pedes eorũ proiectis interrogare interpretem iussit:quis si uinculis leuaretur armaq; & equũ uictor acciperet.decertare ferro uellet:cũ ad unũ omnes ferrum pugnamq; poscerẽt:ut cuiusq; sors acciderat alacer inter gratulantes gaudio exultans raptim arma capiebat:ubi uero dimicarẽt:is habitus animorũ nõ inter eiusdẽ modo conditionis homines erat:sed etiã inter spectantes uulgo : ut nõ uincentium magis: q̃ bene morientiũ fortuna laudaretur. Noxiorumq;.damnatorũ uirorum. Amor laudis. cupiditas gloriæ.M.Tullius Thusculanarũ secundo.gladiatores:quas plagas perferunt?quam sæpe apparet nihil eos malle:q̃ uel domino satisfacere?uel populo?quis mediocris gladiator igemuit?quis uultũ mutauit: quis non modo stetit?uerũ etiam decubuit turpiter?quis cũ decubuisset : ferrum recipere iussus collum contraxit?tantũ exercitatio:meditario:consuetudo ualet. Edendo.munere gladiatorio. Liberalitatem.multa paria. Liberalitatem.spectacula.c.xxiii.Traianus fecit:in quibus mile feræ : interdum innumeræ confectæ sunt:similiter infinitus gladiatorũ numerus decertauit.hæc tradunt a Dione. Iũsticiam.ut uictores meritis præmiis afficeret. Affectione.animi motu.uicio.M.Tullius affectiões sunt animi motus qui secundũ stoicos non cadunt in sapientem græci παϑαη.i.passiones uocant: de qui-

Gladiatores.

intactus:aut maior. Impetratum eſt:quod poſtulabatur. oblatum quod non poſtulabatur. inſtitit ultro:& ut cōcupiſceremus admonuit. Ac ſic quoq; plura inopinata:plura ſubita. Iam q̄ libera ſpectantium ſtudia: q̄ ſecurus fauor. nemini impietas:ut ſolebat:obiecta:quod odiſſet gladiatorem:nemo ſpectator ſpectaculum factus miſeras uoluptates unco:& ignibus expiauit. Demēs ille uerīq; honoris ignarus:qui crimina maieſtatis in harena colligebat:ac ſe deſpici: & contemni:niſi etiam gladiatores eius uenerarēmur: ſibi male dici:in illis ſuam diuinitatem: ſuum numen uiolari interpretabatur:cum ſe idem quod deos: idem gladiatores: quod ſe putabat. At tu Cæſar q̄ pulchrum ſpectaculum pro illo nobis execrabili reddidiſti. uidimus delatorū iudiciū quaſi

bus diuus Auguſtinus multa libro.ix.cap.iiii. Intactus.purus: Maior.ſuperior. Quod.par gladia

Mart.locus torum.exiſtimauerim Mart.illud tetraſtichon dictum in commendationem Traiani. Cum peteret pars hæc Myrinum:pars illa Triumphum:Promiſit pariter Cæſar utraq; manu. Non potuit melius litem finire iocoſam: O dulce inuicti principis ingenium. Poſtulabatur.a populo. immo etiam oblatum:q; non poſtulabatur.conuerſio color. Inſtitit.Traianus:ut ſpectaremus plura q̄ rogauiſſemus. ſic Titus: qui propoſito gladiatorio munere: non ad ſuum: ſed ad ſpectantium arbitrium editurum ſe profeſſus eſt:& plane ita fæcit: nam neque negauit quicq̄ petentibus: & ut quæ uellent:peterent ultro adhortatus eſt. Vltro.non rogatus. Sic. ultro monens. Plura. ſpectacula præſtitit. Plura.repetitio. Studia.fauores. Libera.ut unuſquiſq; faueret illi:qui ſibi non imperatori placuiſſet. Securus.ſine diſcrimine. Vt ſolebat. multos honeſti ordinis deformatos prius ſtygmatum notis ad metalla. & munitiones uiarum: aut ad beſtias condemnatos: aut beſtiarum more quadrupedes cauea cohercitos: aut medios ſerra diſſectos a Caio ſcribunt Tranqui. & Dion. q; male de munere ſuo opinati eſſent. Vitellius etiam quoſdā de plebe ob id ipſum:quod Venetæ factioni clare maledixerant interemit contemptu ſui: & noua ſpe id auſos opinatus. Impietas.crudelitas: in principem. Nerua a Domitiano impietatis damnatos abſoluit. Spectaculum. uel feris obiectus:uel coactus digladiare. C. Caligulam tradūt iuſſiſſe Proculum patre primipilari & ob egregiam corporis amplitudinem:& ſpeciem coloſeron dictum e ſpectaculis detrahi repente:& in arenam deductum thraci:ac mox oplomacho comparaſſe: biſq; uictorem conſtringi ſine mora iuſſiſſe:& pannis obſitum uicatim circumduci:ac mulieribus oſtendi.deinde iugulari. Puteolis dedicatione pontis:quem excogitauerat:cum multos e littore inuitaſſet ad ſe:repēte omnes præcipitauit:quoſdam gubernacula appræhendentes contis remiſq; detruſit in mare:ſed & Domitianus:quem puto imprimis reſpexiſſe:patremfamilias:quod thracem mirmilloni parem:munerario imparem dixerat: detractum e ſpectaculus in arenam canibus obiecit cum hoc titulo: impie locutus parmularius. Vnco & ignibus.tractus in arenam unco:& ignibus per obſcena immiſſis: quod nouum quæſtionis genus primum adinueniſſe Domitianum author eſt Trāqui.nam antea in carcere necatos uncis quibuſdam magnis trahi ſolitos a carnifice in forum: deinde in fluuium teſtatur Dion. Volcatius Gallicanus inquit milites in crucem ſublatos ut ſtipitem grandem poneret Auidius pedum octoginta & centum:& a ſummo uſq; ad imum damnatos ligaret:ab imoq; focum ſubderet:incenſiſq; aliis:alios fumi cruciatu:timore etiam necaret.& Lampridius tradit Voconium Turinū in foro tranſitorio ad ſtipitem ligari iuſſum: & fumo appoſito:quem ex ſtipula:atq; humidis lignis fieri imperatū fuerat:necatum. Seneca: ut omittam quæ ab eodem libro.iii.epiſtolarū referuntur:tertio de ira: oſtendenda eſt rabies iræ effrenatæ: & attonita:apparatuſque illi reddendus eſt ſuus:ecoleus & fidiculæ:& ergaſtula: & cruces: & circumdati

Iuue.locus de oſſis corporibus ignes:& cadauera quoq; trahens uncus. Iuuenalis ſatyra prima. fœda lucebis in illa: Qua ſtantes ardent:qui fixo gutture fumant: Et latum media ſulcum deducit arena. Ille. Domitianus. Colligebat.captabat. Crimina maieſtatis.diminutionem dignitatis: aut amplitudinis aut poteſtatis imperii romani:de qua maieſtate non multo poſt longe plura commodius explicabuntur. In illis.gladiatoribus:ſi improbarentur a ſpectatoribus. Suum numen.nam dici dominus deuſq; uoluit: unde exiit illud a Mart. Edictū domini deiq; noſtri:tulitq; gratanter Alcides appellari:& ſub eius imagine coli:quod multis carminibus Mart.confirmat: ut libro.ix. Appia quā ſimili uenerandus in Hercule Cæſar Conſecrat.& ſtatim Herculis in magni uultus deſcendere Cæſar Dignatus.item. Alcide latio nō

Iuue.locus agnoſcende tonāti Poſtq̄ pulchra dei Cæſaris ora uides. quare apud Iuue.ſatyra quarta Itur ad Atridē: ubi ſane Domitianum intelligit.contenderem legendū Itur ad Alciden:ut ironia ſatyrica eum appellauerit Alciden.qui pro Rombi coctione tanquam prolernea combuſtione ſenatores in cōſiliū uocaſſet nulla ratio:cur Atriden uocauerit:non enim fuit Domitianus parenticida. Se.deos. Illo.Domitiani. Execrabili.pphano.impio. Spectaculū.dū ſenatores pelluntur ab urbe. Iudiciū.te pnūciaſſe in

exilium delatores. Graſſatorum.latronum ex improoiſo uiatores adorientium: & necantium. Latronom.qui a lateribus uiarum craſſantur.in alia ſignificatiõe pro cuſtodibus laterom. Solitudinem. loca deſerta. ſub Domitiano Iuuenalis meminit littora etiam a delatoribus obſeſſa. Forum.romanum intelligit in quo erant roſtra:& templum Iulii Cæſaris:q̃uis.P.Victor ædem Victoriæ: & eius ſtatuam in templo Iouis.opt.max.locet.fora autem in urbe.xvii.romanum:quod dicitur magnum: Cæſaris:Auguſti:Boarium tranſitorium:olitorium:piſtorium:Traiani:Aenobarbi:Suarium: Archemorium: Dioclitiani:Gallorum:Ruſticorum:Cupedinis:piſcarium:Saluſti. Inſederant.tanquam hoſtes in inſidiis locati. Teſtamẽta. hoc Tranqui. Secundi contubernalis declarauit.nihil inqoit penũ Domitianus habuit:quin prædaretur omni modo bona uiuorum:ac mortuorum: uſquequaq; quolibet & accuſatore:& crimie corripiebantur:ſatis erat obiici qualecunq; factuʒ dictumq; aduerſus maieſtatem principis: confiſcabantur alieniſſimæ hæreditates: uel exiſtente uoo: qui diceret audiuiſſe ſe ex defuncto cũ uiueret hæredem ſibi Cæſarem eſſe. Nullus ſtatus. quorumcunque hominum conditio. Non.repetitio. Hoc malum. delatores: qoos qui non caſtigat irritat:ut ipſe Domitianus dicere ſolebat:ſed ſimulate. Aduertiſti oculos. uidiſti hoc malum. Caſtris.prætorianis ſeditioſis contra Neruam. Foro. ciuibus urbanis. Inteſtinum malum. delatores. Legibus.traductio. Euerſa legibus. priuata legibus euerteretur.oel potius legibus nimiom ſeueris exciſa. Licet.q̃uis. Fortuna.felicitas. Nunc. paulo ante. Ingentia robora. uirorum fortiſſimos gladiatores. circuitio. Pares. conſtantes. Nunc immanitatem ferarum: nunc manſuetudinem incognitam. hæc puto ad uerbum a Dione in ſuam hiſtoriam tráſlata:ubi enim de ſpectaculis Traiani mentionem facit:in quibus inquit immanes feræ: & manſuetæ mile interdum: quandoque innumere confectæ ſunt. Illas opes. Domitiani: quas ille tyranous ſibi ſoli reſeruabat:eas Traianus publicauit partim ciuibus:partim diis diſtributas:onde.xii.Mart.Quicquid parrhaſia nitebat aula Donatum eſt oculis:deiſq; noſtris: Omnes cum Ioue nunc ſumus beati: At noper pudet:at pudet fateri:Omnes cum Ioue paoperes eramus. Sæculo.tuo. Supina.detecta. Retortas.reflexas: quod fit in reſupinatione. Tranqoi. Vitellii ſupplicia narrans tractum ſcribit religatis poſt tergũ manibus:iniecto ceruicibus laqueo:ueſte diſciſſa:ſeminudũ per totũ uiæ ſacræ ſpaciũ reducta coma a capite ceu noxii ſolent:atq; ẽt mento mucrone gladii ſobiecto:ut uiſendã præberet faciẽ:neue ſubmitteret:ſic legimus apud eundẽ.C.Caligulã p̃ter pedes ſoos tráſeũtiũ matronarũ faciẽ mano allauaſſe:ſi quæ pudore ſubmitterẽt:ut eas diligẽter itueref. Froebáur.tali ſpectaculo. Piaculares oictimæ.datæ ad purgationẽ aliorũ hoiuʒ.lib.iii.dixerat uiliſſimo quoq; q̃ſi piaculari dato. Publicæ ſolicitudinis.q̃ ſolebãt oĩbus terrori eẽ. Noxiorũ.reoꝝ.aut lege inoxioꝝ. Lẽta.grauiora.nã mori qdã leue ſoppliciũ putabãt:uñ Carmiliũ cũ audiuiſſet Tiberius mortẽ anticipaſſe:exclamauit:Carmilius me euaſit.nec temere Caius ĩ quẽq̃ niſi crebris & miotis ictibus paſſus ẽ ſæuire:ut ſe mori ſentiret. Supplicia. exilia. Raptim conqſita.ideo mala:qa ſine delectu. Deditiexpoſiti. Vaſtatas delationibus terras. Romanũ ĩpetiũ cede delatorũ exhauſtũ:qbus Tiberius:Caius:Nero:Domitianus ſtati credebãt. Quẽ. aliquẽ delatorũ. Scopulis:e ſcopulis uel qbus ſcopulis exularẽt. Hic.q reſeruatus eẽt:uel ĩ ſcopulis ut in cycladibus. Nuda ſaxa.ſporades:quæ ſane Cycladibus obſcutiores ſi Strabõi credimus. Iohoſpitale.deſertum:incultum: aſperum:ferum. Duram.laborioſam: egenam. Securitate.ipſis extorribus.

Mart.locus.

possunt: nec ex imperfecto testamento imperatorem hæreditatem uendicare posse sæpe constitutum est. licet enim lex imperii solemnibus iuris imperatorem soluerit: nihil tamē tam proprium imperii est: q̄ legibus uiuere. Falsis. confictis. Iniquis. utpote prætериris filiis: quos hæredes instituere debuisset potius q̄ imperatorem. legimus Tiberium metu & langore ad fastidium uitæ ægisse. Cn. Lentulum Augurem: cui census maximus fuerat: ut ne quo: nisi ipso hærede moreretur: Caium uero testamenta primipilarium: qui ab initio principatus Tiberii neque illum neque se hæredem reliquissent: ut ingrata rescidisse: Neronem denicq; instituisse: ut ingratorum in principe testamenta ad fiscum pertinerent: ac ne impune esset studiosis uiris. qui scripsissent: uel dictassent ea. satis constat lecto testamento Agricolæ: sicut Tacitus in eius uita refert: quo optimæ uxori: & piissimæ filiæ Domitianum scripsit: lætatum eum uelut honore iudicioque. tam cœca & corrupta mens assiduis adulationibus erat: ut nesciret a bono patre: non scribi hæredem nisi malum principem: ubi mēda satis obuia pro testamento legitur testimonio. Taciti locus. Nullius iracundia confugit ad te. nullus te dixit hæredem: quod iratus esset in suos: quod impius: dum filios præterit: q furore non ratione ductus sit. Nuncupa- Núcupare. ris. hæres nominaris: qua dictione Iurisconsulti plærunq; utuntur. Vlp. ff. xxviii. de testamentis. hæredes palam ita ut exaudiri possint nuncupandi sunt: licebit ergo testanti: uel hæredes nuncupare: uel scribere sed si nuncupat: palam debet. i. ita ut exaudiri possit a testibus. Theodo. & Valent. Impp. libro sexto cod. titulo de testamētis p nūcupationē dicūt hoc ē sine scriptura: testamēta quocq; nō aliter ualere sancimus: q̄ si septē testes: & simul uno eodēq; tēpore collecti testatoris uoluntatē: ut testamentum sine scriptura facientis audiuerint. Tacitus. nec defuerunt: qui monerent magna ex parte hæredē Cæsarem nuncupare. Tranqui. etiā in Caio opportune usus est hoc uerbo. metu inquit iā & ab ignotis inter familiares: & a parentibus inter liberos palā hæres nuncuparetur: derisores uocabat: quod post nūcupationē uiuere perseuerabant. Quia alius offendit. te. s. per id putans posse imperatoriā indignationē mitigari. Vitellius equitem romanū proclamantem cū raperetur ad pœnam hæres meus es: exhibere testamenti tabulas coægit: utq; legit cohæredem sibi libertū eius ascriptū: iugulari eum liberto imperauit. Meruisti. ꝑpter tua in illū merita: Tranq. narrat Augustū accœpisse uiginti annis quaterdecies milies sext. ex testamentis amicorum. Præteriris. non relinqueris hæres. Priuatim. dū nondū eras imperator.

Cursum. uitæ ordinē. Sit ne feracius. sensus est experientia ostēdis principē: qui ametur a suis: nō solū maiorem laudem: sed etiam pecuniam sibi comparare ab amicis illū ultro hæredem relinquentibus: q̄ illos qui cogebāt ciues se nūcupare hæredes. Pater tuus. Nerua. Donauit multa. nā quascūq; pecunias ī regiis thesauris cōperit reliquas: iniuste spoliatis a Domitiāo restituit: paupibus ro. decies quinquagies cētena milia erogauit agrosq; sua pecunia coēptos præpositis senatorii ordinis uiris: q illos egenis diuiderent. nihilo segnior in amicos extitit: cōpluribus ingentia beneficia conferens. nā Philostratus in uitis sophistarū tradit Atticū declamatoris Herodis patrem domi suæ thæsaurū ingentem effodisse: ac Neruæ īperatori scripsisse quid placeret fieri de illo cui Cæsarē rescripsisse inuēto uti debere. uerum Atticus sibi metuens iterū scripsit: sed inuentū excedit priuatam conditionem: ad quæ imperator rescripsit: etiam pro arbitrio tuo abutere. Cesserit parum gratus. & si aliquis horū inuentus est parū gratus erga illū: uel decesserit parū gratus: si aliquis horum donatus a patre tuo decessit præterito te in testamento. Manēt. uiuūt sine discrimine hæredes ingrati defuncti. Eius. Neruæ. Illis. bonis: quæ pater tuus elargitus ē. Clariorē. illustriorē. notabiliorē. snla duplex. Sed qs. iterrogatio: quæ hoc agit ut neges. Prætulit laudē istā pecūiæ. potius uoluit laudari q̄ hēre pecūiā. Quotus qsq;. nullus ē q. In pāīmōiis ufis. q a maioribus & parētibus trāsmissu3 fuerat ad nos. Duxit. putauit. Quod eēt de suo. quod ipse & supiores pricipes donassent. Illitos cibis hamos. cōtectos æsca uncos: qbus pisces capiunt

os æmulabantur : cum priuatis facultatibus uelut hausta:& multiplicata:retro secum quicquid attigerant referrent. Quam utile est ad usum secundorum per aduersa uenisse. Vixisti nobiscum: periclitatus es:timuisti:quæ tunc erat innocentium uita:scis:& expertus es quantopere detestentur malos principes etiam : qui malos faciũt. meministi quæ optare nobiscum:quæ sis queri solitus. nam priuato iudicio principem geris: meliorem imo te præstas:q̃ tibi alium precabare. Itaq; sic imbuti sumus: ut quibus erat summa uotorũ melior pessimo princeps : iam non possimus:nisi optimum ferre. Nemo est ergo : tam tui : tam ignarus sui:ut locum ipsum post te concupiscat. facilius est : ut esse aliquis successor tuus possit: quam ut uelit. quis enim curæ tuæ molem sponte subeat? quis comparari tibi non reformidet? Expertus : & ipse es : q̃ sit honerosum succedere bono principi : & afferebas excusationem adoptari. An prona:paruaque sunt ad æmulandum: quod nemo incolumitatem turpitudine rependit? Salua est omnibus uita : & dignitas uitæ: nec iam consideratus: ac sapiens : qui ætatem in tenebris agit. Eadem quippe sub principe uirtutibus p̃mia:q̃ ĩ libertate:nec benefactis tñ ex cõsciẽtia:sed ẽt præmia sunt merces. Amas cõstãtiã

sic & muneribus homines illaqueantur. Mart. captatores notans. Sic auidis fallax indulget piscibus hamus. Calida sic stultas decipit esca feras. Illitos cibis hamos. opertos præda laqueos. tres exornationes notari possunt:compar:similiter cadens:permutatio. Multiplicata. longe maiora munera. Referrent. hæredes instituti Cæsares. Priuatis. a priuatis. Quicquid attigerant. cuicunq; aliquid donassent. Ad usum secundorum. ad felicitatem. Per aduersa. quæ faciunt ut bona melius intelligamus. nam idem dixit habet has uices conditio mortalium ut aduersa ex secundis : ex aduersis secunda noscantur. Periclitatus es. nobiscum sub Domitiano nam omnium primatum dies & horas:quibus nati erant inquirens: non paucos etiam eorum: qui desperabãt aliquam potentiam consequi : interfecit. Mar. Tullius de oratore magna laus illa & admirabilis uideri solet tulisse casus sapienter aduersos: non fractum esse fortuna:retinuisse in rebus asperis dignitatem.

Qui malos facient. adulatores. circuitio. Quæ. qualem principem. Quæ. Domitiani scelera. Principem geris. es princeps. Priuato iudicio. cum recte scias priuatorum iudicia de principe : uel te talem geris in principatu : qualem priuatus tibi principem optabas. Alium. principem esse. Imbuti. assueti. Quibus. nobis. Summa uotorum. summum uotum : ut nobis daretur. Melior. minus malus. Pessimo. Domitiano. Nisi optimum. tibi similem. Ignarus tui. alienus a cognatione tui. Tam ignarus sui. tam stultus. Locum ipsum. imperii habenas. Post te. post obitum tuum. affectauit : tamen imperium Adrianus post mortem Traiani:q̃uis nõ destinatus: neq; ab eo adoptatus: sed potissimum fauente Plotina Cæsar creatus. multum Traiano dissimilis: sed non contemnendus imperator. Possit. esse necessario. Quam ut uelit. q̃ uoluntate cum uideat non posse tua uestigia subsequi. Molem. pondus.

Comparari tibi. quis non diffidet tuas uirtutes æquare? Bono principi. Neruæ. Adoptari. cur non debebas adoptari a bono:cum difficile esset illum imitari. Prona. in promptu. Nemo rependit incolumitatem turpitudine. nullus imperator incolumes facit:& absoluit uiros:quod sint turpes:& probosi:ut olim fiebat : nam scimus Neronem professis apud se obscœnitatẽ:cætera quoq; cõcessisse delicta:ut aptius dicã:nemo cogitẽe turpis:ut icolumis sit.

Dignitas uitæ. qa dignitates asseqtur nõ flagitiis:sed uirtutibus. ppulchre Cicero dixit scripsisse Platonẽ:q̃les in rep. pricipes eẽnt:tales reliquos solere eẽ ciues. & Theopõpus referẽte Athæneo recitauit Philippũ Alexandri patrẽ extitisse prodigũ & lurconẽ:unde amicos eius talibus uiciis laborasse : nã multos illi similes:alios breui regio luxu corruptos ad eã uitã defluxisse. Consyderatus. babetur. In tenebris. sine honore. in ocio:in secessu ut faciebant sub Domitiano. Præmia. sunt constitura. Virtutibus. uiris bonis. Quæ. erant ordinata. Nec tantũ ex cõscientia merces benefactis. nã sæpius factorũ suorũ conscientiã præmiũ facit. in primo enim epistolarum meminimus inquit quanto maiore animo fructus honestatis in conscientia:quam in fama reponatur. sub Traiano uero non solũ hoc. sed etiã honorũ & diuitiarum pro uirtutibus præmium reportabant boni. sapiens enim. & si nulla re indigeat

Merces. tamen authore Seneca multis illi rebus opus est. merces noiatiui casus est dicta a merẽdo: quãquã apud

Merx. iurisconsultos merx ,p mercimonio legat: cuius accusatiuũ pluralẽ merces Ouidius in heroidibus protulit. Nec me crede fretum:merces portante carina Findere. apud Nonium sic scriptum inuenies: merx: & mercatura hoc distant:q, merx est species ipsa:mercatura est actus ipse: mercatus autem locus in quo

agitur mercatura. Rectos.iustos. Vt alii.principes solebant. Tacitus memorat Corbulonem iam bellum Caucis Germanis parentem litteris Claudii repressum:quosdam enim dicere solitos apud principem.quicquid prospere fæcisset Corbulo id casurum in reipubli.damnum:formidolosum paci uirum insignem:& ignaro principi pergrauem. Cum satis sit.bonis uiris. Si non nocet.esse bonis: ut fieri solebat sub malis principibus: quibus uirtus erat suspecta. His.bonis. Honores. magistratus.
Sacerdotia.pontificatus.auguratus:& his similia. Prouincias.imperia.dissolutio color. Hi.boni. Florent. illustrantur. Isti. alii.sic

ciuium: rectosq; : ac uiuidos animos non ut alii contundis ac deprimis:sed foues: & attollis. Prodest bonos esse:cum sit satis:abundeq; si non nocet.his honores:his sacerdotia: his ꝓuincias offers:hi amicicia tua: hi iudicio florent: acuũtur isti integritatis:& industriæ ꝓcio.similes:dissimiles alliciuntur.nam præmia bonorum:malorũq; bonos:ac malos faciunt. Pauci adeo ingenio ualent:ut non turpe honestũq;:ꝓut bene ac secus cessit.expetant fugiantue:cæteri ubi laboris inertiæ:uigilãtiæ somno:frugalitatis luxurię merces dat̃.eadem ista quibus alios artibus assecutos uident:consectantur:q̃lesq; sunt illi:tales esse: & uideri uolunt:& dum uolunt fiunt: & priores qdẽ principes excepto patre tuo:ꝑterea uno: aut altero:& nimis dixi:uitiis potius ciuium:q̃ uirtutibus lætabantur:primum qđ in alio sua quẽq; natura delectat.deinde quos patiẽtiores seruitutis arbitrabãt̃:quos nõ deceret eẽ nisi seruos:& hoꝝ

Antonius philosophus ex malis bonos fæcit:ex bonis optimos: fuitque per omnia moderatissimus in hominibus deterrendis a malo: inuitandis ad bonum: remunerandis copia & indulgentia liberalis.
Acuuntur.ad imitationem bonorum.
Precio integritatis: cum uident integros uiros & industrios remunerari. Similes. boni. Dissimiles. mali. Præmia bonorum. quæ dantur bonis a principe faciunt alios bonos: cum uident bonos esse in precio: sicut malorum præmia faciunt malos. Pauci adeo ingenio ualent.pauci admodum reperiuntur ea natura præditi:ut uicia:aut uirtutes pro rationibus temporum expetant: aut fugiant.
Turpe. uicium. Honestum. uirtutem. Pro ut bene cessit. si bene euenit pro uicio aut uirtute:expetunt uel unum: uel alterum: si male fugiunt. Ac secus. male cessit idest præponũt utile honesto: neque sequuntur honestum uirtutis causa:sed spe ꝓmii. Cæteri.plurimi. Vbi merces laboris datur inertiæ. præmium quod debebatur laboriosis uiris erogatur inertibus:& quod uigilantibus: datur somniculosis: & quod frugalibus: transfertur ad prodigos.
Eadem ista.præmia. Consectantur.conquirunt. Tacitus libro.xvi.de Nerone agens. Caio inquit Petronio dies per somnum: nox officiis & oblectamentis uitæ transigebatur.utque alios industria ita hunc ignauia ad famam protulerat.reuolutus ad uicia:seu uiciorũ imitationem inter paucos familiariũ Neroni assumptus est. Quibus artibus.malis. Illi.improbi:qui munera comparant ꝑ scelera.nã secundũ Mart.Nemo suos:hæc est aulæ natura potentis:Sed domini mores Cæsarianus habet. Tales. cæteri. Dũ uolunt.esse & uideri mali. Fiunt.tales re uera euadunt.traductio. Vno aut altero. Augusto:& Tito:quos constat fuisse bonos.unde Dion in Tito memorat Titũ Augusto comparandum in diuersa ætate:huneq; si minus uixisset nunq̃ a romanis dilectũ fuisse:neq; illũ si plus:nam Augustus crudelior in principio propter hostes & seditiones:postea longo tempore multis in populũ ro.beneficiis eluxit:at Titus humãe iperans periit in robore gloriæ.fortassis nõ uacaturus culpa:si diutius uexisset:qua fortuna maiori q̃ uirtute utebat̃. Nimis dixi.quia duos ante Traianũ principes bonos fuisse retuli. Augustus enim inter initia crudelis fuit authoribus Dione:Appiano:Tranqllo.& Titus cũ patre principatũ administrans se inciuilius & uiolentius ægit.si quidem suspectissimũ quenq; sibi:submissis:qui per theatra & castra quasi consensu ad pœnam deposcerent:haud cunctanter oppressit in his Aulum Cecinnam consularẽ uirũ uocatum ad cœnam. ac uixdũ triclinio egressum confodi iussit. Viciis. Tranq. Tranqui. locus.
in Domitiano:satis constat duos solos e notioribus uenia donatos:tribunũ laticlauiũ: & centurionem qui se quo facilius expertes culpæ ostenderent:impudicos probauerant: & ob id neq; apud ducem:neq; apud milites ullius momenti esse potuisse.tribunũ Dion nominat. Iulius ait Caluester tribunus militũ accusatus ꝙ sæpius cũ Antonio Saturnino secreto congrederetur:neq; hoc diluere posset:respondit se conuenire solitũ ob amorem.erat enim eius ætatis & formæ: qui posset amari: inde absolutus hoc solum dixit:cessabo ab iis:quæ consuetam.remisit igitur Domitianus crimen maiestatis læsæ Caluestro: quia impudicus erat:nam & ipse in mares pronior fuit. Sua natura delectat quenque in alio. sententia idest unusquisq; delectatur cum uidet sui similem. Nisi seruos. uiciorum: qualem Crispinum Iuuenalis pulsat. & ideo Domitiano gratum. uel. Nisi seruos. uilis animi: non affectantes principatum. Horũ.malorũ.in quos satyricus gladium distrinxit.Criminibus debent ortos:prætoria: mensas.

in ſinum omnia congerebant:bonos autem ocio: aut ſitu obſtruſos : & quaſi ſepultos non niſi delationibus:& periculis in lucem: ac diem proferebant . Tu amicos ex optimis legis : & Hercule æquum eſt eſſe eos cariſſimos bono principi:qui inuiſi malo fuerint . Scis ut ſicut diuerſa natura Dominatio:& principatus:ita non aliis eſſe principem gratiorem:ꝗ qui maxime dominum grauentur.Hos ergo prouehis:& oſtentas quaſi ſpecimen:& exemplar:quæ tibi ſecta uitæ:quod hominum genus placeat. ideo nō cenſuram adhuc: non præfecturam morum recœpiſti:quia tibi beneficiis potius quam remediis ingenia noſtra experiri placet.& alioquin neſcio an plus moribus conferat princeps: qui bonos eſſe patitur :ꝗ qui cogit.Flexibiles: quancunq; in partem ducimur a principe:atq;:ut ita dicā:ſequaces ſumus: huic enim cari:huic probati eſſe cupimus: quod fruſtra ſperauerunt diſſimiles:eoq; obſequii cōtinuatione peruenimus:ut prope omnes homines unius moribus uiuamus.porro non tam ſiniſtre conſtitutum eſt:ut qui malum principem poſſumus: bonum non poſſimus imitari . Perge mō Cæſar: & uim:effectūq; cenſuræ tuum propoſitum : tui actus obtinebūt.nam uita principis cenſura eſt: eaq; perpetua:ad hanc dirigimur:ad hāc conuertimur:nec tam imperio nobis opus eſt:ꝗ exēplo: quippe īfidelis recti magiſter ē metus.melius homines exēplis docentur:quę īprimis hoc in ſe boni habent:qđ approbant:quę p̄cipiūt fieri poſſe. Et qs terror ualuiſſet efficere : qđ reuerentia tui effecit? obtinuit aliquis:ut ſpectaculū pantomi-

Omnia:dona.ut Claudius Narciſſo & Pallanti:Nero Polycleto . Galba Icelo libertis. Situ. deſuetudine.priuatione munerum ciuilium. Lucem . noticiam & famam. Legis . ſecernis. Eos.uiros optimos. Malo principi . Domitiano. Diuerſa:ſunt a natura : nam dominatio:quæ tyrannis dicitur:tanquam dominus ſeruis imperat:principatus : quod regnum appellamus : tanquam pater filiis.ita principem non eſſe gratiorem aliis ciuibus : quam qui maxime grauentur ideſt ægre patiuntur dominum tyrannum. Hos.bonos. Prouehis.ad honores promoues. Exemplar. indicium. Secta.ordo : uia : modus. Non recœpiſti cenſuram.noluiſti fieri cenſor. Non præfecturam morum. interpretatio cenſuræ. quæ nihil aliud eſt quam morum præfectura. Auguſtus rem ipſam ſine nomine recœpit:author enim Tranqui. recœpiſſe morum & legum regimen perpetuū ſine honore cenſuræ. Remediis . notis cenſoriis. Experiri.an potius beneficiis ad beneuiuendum excitemur:quā ignominia. Alioquin . inſuper. Neſcio . dubitatio : qua tamen oſtenditur magis probari principem qui ſuos ciues patitur eſſe bonos.ideſt qui utitur clæmentia : ꝗ qui cogit uicia.ſcilicet ſeuere reprimit admiſſa, latenter Domitianum mōſtrat qui ſuſcœpta morum correctione multa ſeuere exercuit. Sequaces . fautores . imitatores. conſecutores : unde ſequaces hederas appellamus a natura ſequentes : quibus adhæſerint. Huic. Traiano. Diſſimiles. peſſimi. Vnius.Traiani. Conſtitutū. comparatum a natura. Vim.rem quam uis non recœperis nomen cenſoris. Tuum propoſitum.tuum inſtitutum beneuiuendi & faciendi optima. Obtinebunt uim.perinde erit in effectu ac ſi cenſor eſſes. Vita.bona. Cenſura.regimen morum . nam Traianus cum populo humaniter uerſabatur:& cum ſenatoribus grauiter : cunctis quidem amabilis : metuendus uero nulli : niſi hoſtibus . hæc Dion. quare non immerito : Xenophon tradit Ageſilaum priuatorum hominum errata modeſte tuliſſe : principum uero maxima exiſtimaſſe : iudicabat enim ab illis pauca : ſed ab his mala multa conſtitui. Nec tam imperio . ſic eſt enim ſic eſt : exaſperat homines imperata correctio : blandiſſime iubetur exemplo : authore Pacato : in Panagyrico Theodoſii. Mœtus eſt infidelis magiſter recti. iam dixerat libro nono timor abit ſi recedas Marcus Tullius aſſerit metum malum cuſtodem diuturnitatis . nam longe ualentior amor ad obtinendum quicquid uolueris: unde non iniuria dixit metum infidelem magiſtrum recti. Exemplis docentur melius:quam præcœptis.ſcribit enim Fabius.quantum græci præcœptis ualent: tantum romani:(quod eſt maius)exemplis : & quidem longe probabilius eſt ſe uirum bonum rebus:ꝗ uerbis oſtendere:nihilq; recte ſine exemplo docetur:aut diſcitur. Boni.uſus. Approbant.re.hoc infert ut ad alia tranſeat. Obtinuit aliquis.qualis Tiberius quē narrat Dion exegiſſe pātomimos ab urbe:& ne ea arte quis uteref iuſſiſſe:quia mulieres corrūpebāt:& tumultus excitabāt.Nero pariter factiōes pantomimorū cū ipſis ſimul relegauit:ſed magis hoc ad Domitianū referendū crediderim:qui ſcenam hiſtrionibus interdixit:tantū intra domum exercendi

artem iure concesso:seruat præceptum rhetorum ex comparatione pessimi lauando optimum. repete quæ de pantomimis alibi annotauimus. Vt uellet.ut esset contentus populus Ro. Rogatus es.petiuit precibus a te populus:ut pantomimos tolleres. Alius.Domitianus. Beneficium.id romani pro beneficio reputarunt. Necessitas.parere imperio Domitiani. Concentu.conclamatione.concordia.consensu. A patre tuo.a Nerua sublata sunt pantomimorum spectacula:quæ postea Traianus in theatrum reduxit si Dioni credimus:refert enim hunc imperatorem histrione Pylade non mediocriter oblectatum: in cuius laudem Boetus græcus epigramma cecinit:quo significatur illum recitasse Bacchi tragœdiam. nõ omittam Dionem:quantum ex eius compendio licet intueri:tradere Neruam impendia cõtraxisse: sustulisse multa sacrificia: equorum cursus:atq; certamina:nec minus spectacula quædam: nulla tamen de pantomimis particulariter habita mentione. Exactum est.postularunt cuncti. Vtrũque recte.factum est. Malus. Domitianus. Tolli.remoueri. nam spectantium mores solent inficere pantomimi: unde merito diuus Augustinus libro: cui titulus de ciuitate dei: plærunq; ingenii acumen intendit in deperditos pantomimorum motus: & inhonestas saltationes. Malis.hominibus. Bene.honesta. Authorem.displicuisse:non factum quia bonum. Scenici imperatoris.Neronem respicit: qui scænicis artibus imbutus primum Neapoli prodiit in scenam: deinde etiam magni æstimauit cantare Romæ: insuper non dubitauit priuatis spectaculis operam inter scenicos dare:quodã prætorum sextertium decies offerente. tragœdias quoq; cantauit personatus heroum deorumq;. Tranqui.author. legimus etiã Caium fuisse cantatorem & saltatorem: eoq; die quo periit peruigilium indixisse: ut initium in scenam prodeundi licentia temporum auspicaretur. Applausor.nam captus Nero modulatis Alexandrinorum laudationibus:plures Alexandria euocauit.nec eo segnius adolescentes equestris ordinis:& quinq; amplius milia e plebe robustissimæ iuuentutis undiq; elegit: qui diuisi in factiones plausuum genera condiscerent. Effœminatas. molles:corruptrices. Sæculo. temporibus tuis.

morum popu.Ro.tolli pateretur: sed non obtinuit:ut uellet.rogatus es tu quod cogebat alius: cœpit ꝑ esse beneficium:quod necessitas fuerat. neque enim a te minore concentu: ut tolleres pãtomimos:quam a patre tuo:ut restitueret: exactum est. Vtrumque recte:nam: & restitui oportebat:quos sustulerat malus princeps: & tolli restitutos. In his enim:quæ a malis bene fiunt:hic tenendus est modus:ut appareat authorem: displicuisse: non factum. Idem ergo populus ille aliquando scenici imperatoris spectator: & applausor: nunc in pantomimis quoque aduersatur: & damnat effœminatas artes: & indecora sæculo studia. Ex quo manifestum est principum disciplinam capere etiam uulgus: cum rem:si ab uno fiat: seuerissimam fecerint omnes. Macte hac grauitatis gloria Cæsar: Qua consecutus es: ut quod antea uis: & imperium: nunc mores uocarentur. Castigauerunt uitia sua ipsi: qui castigari merebantur: idemque emendatores: qui emendandi fuerunt. Itaque nemo de se ueritate tua queritur:& liberum ẽ queri. Sed cũ

Vulgus capere etiam disciplinam principum. sequi mores suorum principũ. Rem seuerissimam. exterminationem pantomimorũ a theatro. Fecerint.secuti sint libenter. Ab uno. principe Traiano. Macte Cæsar.cumulate:& magis aucte hac grauitatis gloria.a sacris sermo tractus referente Seruio:quoties enim aut thus:aut uinũ super uictimã fundebat:dicebãt mactus est taurus uino uel thure. hoc est:cumulata est hostia.& magis aucta:inde ad eos:q uirtute uel honoribus aucti sunt transfert. M. Tullius de rep.ferunt laudibus:mactant honoribus.i.magis augent.Seneca.ix.epistolarũ.macte uirtutis esto.sanguinolentis:& ex acie redeuntibus hoc dicit.Cato tamen in re rustica macte inqt uino inferiori esto: & macte hac illace dape polluceda esto:ac interdũ aliter.coniũgi septimo casu authores sunt Donatus & Diomedes.Martialis etiam genitiuũ ascripsit.Macte animi dicens.uariari per casus mulrorũ testimonio confirmat:nam Pompeius nominatiuũ singularem sicut Cato protulit: mactus hoc ferclo scribens:Curtius libro quarto pluralẽ:uos quidẽ macti uirtute estote:sic Plinius senior libro.ii.macti ingenio & cœli interpretes.uerũtamen apud Liuium libro.ii.ab urbe condita indeclinabile positũ esse uidetur.iuberem in qt macte uirtute esse:sic nõ multo post Secũdus:macte uterq; in remp.merito.qua dictio ne uidet usus Actius Nonio docente:qui multorum testimonia super hoc uerbo citat. Mores. honestum propositum tollendorum pantomimorum. Vicia.aliorũ. Ipsi.ut Caius:ut Claudius:ut Nero: ut Domitianus:qui merebantur castigari.transgressio:quæ perturbat ordinem uerborum. Liberum est.licet.nec igitur mirum si ea dicendi libertate Iuuenalis sub Traiano sit usus: quis conqueratur non esse priorum libertatem: & tamen liberrime loquatur: quod indicium fuit: maximæ libertatis. Macte:

ita comparatum sit: ut de nullo minus principe querantur homines: q̄ de quo maxime licet: tamen in sæculo nihil est: quo nō omne hominum genus lætetur: & gaudeat: boni prouehūtur: mali: qui est tranquillissimus status ciuitatis: nec timent: nec timentur. mederis erroribus: sed ĩplorātibus oībusq;: quos bonos facis hanc astruis laudē: ne coegisse uidearis. Quid uitā? quid mores iuuētutis? q̄ principaliter formas? quē honorē dicēdi magistris: q̄ dignitatē sapientiæ doctoribus habes? ut sub te spiritū: & sanguinem: & patriā recœperūt studia: quæ priorū tēporū ĩmanitas exiliis puniebat: cum sibi uitiorū oīum cōscius princeps inimicas uitiis artes nō odio magisq̄ reuerētia relegaret. At tu easdē artes ĩ cōplexu oculis: auribus habes. Præstas. n. quæcūq; ꝑcipiunt: tātumq; eas diligis: quantum ab illis probaris. An

Comparatum. consuetum: constitutum. Licet. libertas concessa est. In sæculo temporibus nostris tuo principatu. Nihil est. nulla res fit. Omne. genus cuiuscunq; conditionis. Boni prouehūtur. uirtute præditi dignitatibus honestanť. Suidas inquit Traianus nemini inuidit: neq; aliquē dignitate priuauit: sed mirūinmodum omnes bonos fouit: iccirco neminem uerebatur: neq; oderat. Claudianus de Stilicone hūc locū æmulatus est sicut alibi in aliis plærūq;. Hinc priscæ redeūt artes: fœlicibus īde ingeniis aperitur iter: despectaq; musæ Colla leuant: opibusq; fluens: & pauper eodē Nitiť ad fructū studio: cū cernat uterq; Quod nec inops iaceat ꝓbitas: nec inertia surgat Diuitiis. Nec timent accusatores: cum reliqui sint boni. Nec timentur. a bonis: quia nullam lædendi facultatem habent. Erroribus. punis malos uiros. Implorantibus. cum ploratu opem petentibus: ut medearis. Astruis. addis: applicas. Ne coegisse uidearis. ut sua sponte boni uideantur effecti. Iuuentutis romanæ. conductis stipendio tuo rhetoribus: qui iuuenes eloquētia sua excolāt. Inter cæteros mōstrat Fabium Quintilianum: qui ad imperium Traiani peruenit: & sub eo professus est. Dicendi magistris: rhetoribus. circuitio. nam Celso statuā publice poni iussit auctore Dione: & muneribus poetas affæcit dicente de eo Iuuenale. Nemo tamen studiis indignū ferre laborem Cogetur posthac: nectit quicūq; canoris Eloquiū uocale modis: laurumq; momordit. Sapiētiæ doctoribus. iam prædiximus quēdā philosophū in curru triūphali a Traiano honoris causa positū: addam etiam usum fuisse præceptore Plutarcho philosopho & historico grauissimo: extat adhuc eius epistola: q̄ Traianū libere monet: ut se in principatu optime gerat. Spiritū: & sanguinem. uitam nam sub Domitiano multi secūdū Dionem interfecti: quod philosophiæ operam darent: reliqui urbe pulsi. hunc locū Tacitus in præfatiōe uitæ Agricolæ apertius exequiť. legimus inquit cū Aruleno Rustico Pætus Thrasea: Herennio Senecio ōi Priscus Heluidius laudati eēnt: capitale fuisse: neq; in ipsos modo authores: sed in libros quoq; eorū sæuitū esse: delegato triumuiris ministerio: ut monumenta clarissimorum ingeniorū in comitio ac foro urerentur. scilicet illo igne uocē populi romani: & libertatē senatus: & conscientiam generis humani aboleri arbitrabātur: expulsis insuper sapientiæ ꝓfessoribus: atq; omni bona arte in exiliū acta. ne qd unq̄ honestū occurreret. nūc demū redit animus Nerua Cæsare beatissimi sæculi ortu: res olim dissociabiles miscente principatū: & libertatem: augeatq; quotidie fœlicitatē imperii. Nerua Traianus: nec spē modo ac uotū: securitas publica: sed ipsius uoti fiduciam ac robur assumpserit. Patriam. Romā unde fuerunt expulsa. Studia. litterarū. & erunt adhuc: qui dissimulabunt Iuuenalē nō scripsisse hæc de Traiano satyra. vii. Et spes & ratio studiorū in Cæsare tātū: Solus. n. tristes hac tēpestate camœnas respexit. ego ut supra multis argumentis cōprobaui sub Traiano scriptā Iuuenalis satyram: ita de eo illic locutū facile contenderim: nā q̄uis Dionis authoritate: nō fuerit Traianus exactæ doctrinæ: tamē doctos & fouit: & extulit: & ne longius recedamus: nonne Secundū oratorem excussum multis prouectū dignitatibus imprimis carum habuit. Priorū temporū. Athenæus ait quidam Sophocles decreto eiecit omnes ab attica philosophos: & romāi in omnibus optimi eosdē ab urbe expulere tanq̄ iuuētutis corruptores: nam Lucio Posthumio consule Alciū & Philesiū epicureos: sic Messenenses epicureos oēs abægerunt: pariter Antiochus rex cuiuscūq; sectæ regno suo ĩterdixit: neq; fateť scire quomodo postea a rōanis recœpti fuerint. ad hæc in Tiberio Tranqui. obiectū est poetæ: quod in tragœdia Agamemnonē probris lacessisset: obiectū & historico: ꝙ Brutum & Cassium romanorū ultimos dixisset: animaduersum statim in authores: scriptaq; abolita: q̄uis probarent ut etiā aliquot ante annos Augusto audiente recitata. quibusdam custodia traditis nonmodo studēdi solatium ademptū: sed etiam sermonis & colloquii usum.

Princeps. Domitianus. Artes. philosophiam: nā uera philosophia est uiciis carere: & uirtutibus abundare. Reuerentia. timore. In complexu. in sinu. Præstas. re facis ꝙ philosophi præcipiūt: munera enim sapientis & non indocti hominis obibat: nihilq; oīno erat: quod optime non exerceret. Quantū ab illis probaris. unde Iuuenalis hortať iuuenes doctos ad laudes Traiani. Hoc agite o iuuenes circū

ſpicit:& ſtimulat uos:Materiamq; ſibi ducis ſdulgētia quærit. Studia humanitatis. qbus edocemur ut humanis moribus utamur. Admiſſionū tuarū facilitaté.tranſir bono ordine: ad facilē aditū colloqué di cū Traiano unicuiq; permiſſum:ſic laudatur Veſpaſianus apud Tranq.ſic Ageſilaus apud Xenophontē:quod lætaretur aditum ad ſe oibus patere:contra notat Perſag; regē glorianté difficilē ad ſe præberc acceſſum:cū ergo Traianus ſtudiis humanitatis auſcultaret:ſequebatur eū eſſe facilē admittere quoſcunq; ad congreſſum ſui. Hos.Flauios.anteq̄ Domitianus pueheretur cū ſuis:ciuilibus bellis cōcuſſa

quiſq̄ ſtudia humanitatis pfeſſus: nō cū oia tua: tū uel imprimis laudibus ferat admiſſionū tuarū facilitaté? Magno quidé animo parens tuus hác ante hos principes arcē publicarū ædiū noie inſcripſerat:fruſtra tñ:niſi adoptaſſet:qui hitare ut í publicis poſſet. Quá bñ cū titulo iſto moribus tuis conuenit:q̄q̄ oia ſic facis: tanq̄ nō alius iſcri pſerit. Quod.n.forū? quæ tépla tá reſerata? non capitoliū:ipſaq; illa adoptionis tuæ ſedes magis publica:magis oium. Nullæ obices: nulli contumelia tū gradus:ſuperatiſq; iá mile liminibus ultra ſemp aliqua dura: & obſtátia. Magna añ te: magna poſt te:iuxta tñ maxia quies:tm ubiq; ſilentiū:tá altus pudor:ut ad puos penates:& laté anguſtū ex domo pricipis modeſtiæ: & tráqllitatis exépla referant. ipſe át:ut excipis:oés: ut expectas:ut magná pté dieg; iter tot iperii curas q̄ ſi p ociū tráſigis. Itaq; nō ut alias attoniti: nec ut

rep. Arcē.domū palatiná. Nomine.titulo:inſcriptione. Publicag; ædium. quod urllet imperatoris palatiū ciuibus oibus patere:& publicū eſſe. non auté intelligendū de Priuata Traiani domo:quam.P. Victor in.xii.urbis regiōe locat. Fruſtra tamen. inſcripſerat arcē palatiná titulo publicarū ædiū. Adoptaſſet. te principē bonū. Vt in publicis.ſine cuſtodia:quo oés conuenire poſſunt nullo repellente. Moribus tuis. qui finis fores palatii omnibus patere. Nō alius. ſed tu fueris author: & inſtitutor huius moris: qđ ſane maius eſt: q̄ ſubſequi aliū. Reſerata. cunctis aperta ſunt:q̄ tuū palatiū. Sedes.templū Iouis Capitolini. Magis omniū eſt. Obices. repagula:ferę:peſſuli dicimus hic obex:& hæc obex apud antiquos: quos Virg.ſecutus ſ.x. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Sulpitiū Apollinaré tradit Gellius obices cū o littera correpta ſolitū dicere. Onexander de imperatore eligendo: delectus inquit imperator facilis eſto: comis: & ſe uolētibus adire pateat: nō ramē ca ſit facilitate: atq; comitate: ut cōtéptui

fiat:nec acerbus:& durus ut odium in ſe concitet. Gradus.conditiones:differentiæ:quia ſub aliis principibus inferiores: & uiliores homines per cuſtodes contumelioſe repellebant ab aditu palatii. Mile liminibus.immuneris oſtiis:quibus ad Domitianum tranſcendebatur. Aliqua.limina ſupererant. Dura.ſurda:clauſa:difficilia aperiri. Pudor.modeſtia. Paruos.priuatos:uirorum tenuium. Anguſtum larem.pauperem domum.larem pro domo uſurpari ſatis obuium eſt a laribus diis tracta denominatione:quos Corybantas & Idæos dactylos:treſq; fuiſſe tradit Diomedes:nam authore Seruio maiores omnes in ſuis domibus ſepeliebantur: unde ortum ut lares. colerentur in domibus: quos Tertullianus ſic irridet domeſticos deos:quos lares dicitis domeſtica poteſtate tractatis:pignerando:ueditando demutādo. Cēſorinus author cundē eſſe geniū & larē. Apulei⁹ de deo Socratis.ex lemuribus:q poſterorum ſuorum curam ſortitus pacato:& quieto numine domum poſſidet lar dicitur familiaris: neq; iniuria Plur.in quæſtionibus præſides:& domus cuſtodes lares dixit:alienis formidoloſos:domeſticis mites:unde canis eis aſſiſtit:ipſi autem canum pellibus ueſtiūtur:an q Chryſippus opinatur demonia quædam mala circumire:quibus dii quaſi carnificibus:& ſcelerū ultoribus aduerſus iniuſtos: & impios utūtur:ſic lares furiales quidam ſunt pœnarū exactores uitæ & operationum ſpeculatores:idcirco ſit ut caninis pellibus induantur: quibus: & canis ideo aſſiſtit: quod ad inueſtiganda ſcelera:& ulciſcendos improbos ſagaces ſint. Pompeius deos inferos putat: quibus tot pilæ ideſt effigies quot eſſent liberi ponebantur:ut uiuis parcerent:& eſſent his pilis & ſimulachris contenti: de qbus plura Macrobius Sat. prio: Larariū Lápridius appellat locū in domo:in quo colebat antiquitas ſanctiores aías: quag; ſtatuas ibidē locabant.a laribus umbras laruas dicimus:nā dii penates alii ſunt Plut.in Numa mediá ignis ſedē larē uocari refert.lar ét uiri ppriū:cuius genitiuus lartis. Exépla referant. magna Traiani laus: uñ priuatis modeſtiæ & qetis exéplū ſumerét. Dion monuméris reliqt nō ſolū domi Traianū:uerū ét í bello facilē: & ſine picoli metu adeūtibus ſe pſtitiſſe:quare parū abfuit ne a qbuſdá Decibali tranſſugis dolo trucidaret:máſuetudiné Traiani Claudianus í panagyrico Honorii cōmendat:uictuta feret Gloria Traiani: nō tá q Tygride uicto Noſtra triūphati fuerat puincia Parthi. Alta qđ inuectus fractis Capitolia Dacis: Quá patriæ qđ mitis erat. Vt quá húane. Excipis.ſuſcipis ad te uenientes. Vt.q̄ta patiētia. Quaſi p ociū.iocis. iucundiſſimis ſermōibus:& remiſſionibus honeſtiſſimis. tanq̄ ſi nō eſſes occupatus circa íperialia negocia. Vt alias.ſub malis imperatorib⁹. Attoniti.ſtupidi.Domitiani tépora notauit:ſicut

A

Lar.

periculũ capitis adituri tarditate:ſed ſecuri:& hilares cum cõmodũ eſt cõuenimus: & admittente principe interdũ eſt aliquid:quod nos domi quaſi magis neceſſariũ teneat. excuſati ſemper tibi: nec unquã excuſandi ſumus: Scis.n.ſibi quemq́ꝫ præſtare:quod te uideat:qđ te frequentet:ac tãto liberalius : ac diutius uoluptatis huius copiã præbes. Nec ſalutationes tuas fuga:& uaſtitas ſequitur: remoramur: reſiſtimus ut in cõmuni domo:quã nuper immaniſſima bellua plurimo terrore munierat:cũ uelut quodã ſpecu incluſa nũc ꝓpinquoꝶ ſanguinẽ lamberet: nũc ſe ad clariſſimorũ ciuiũ ſtrages:cædeſq́ꝫ ꝓferret. Obuerſabãtur for bus horror:& minæ: & par metus admiſſis:& excluſis. Ad hæc ipſe occurſu quoque: uiſuque terribilis; ſuperbia in fronte: ira in oculis:

Iuue. ſatyra quarta de ſenatoribus ab eo cõuocatis mẽtionẽ faciens:quos albanã dux magnus ĩ arcẽ Traxerat attonitos:& feſtinare coactos. Tarditate. ſi ſero aduenilſent. uñ exiit illud ſatyricũ: rapta ꝓperabat abolla. Securi. cõtrariũ exornatio. Admittẽte. libẽter excipiente. Interdũ ẽ aliquid. ſenſus eſt q̃uis humane nos Traianus intromittat ad ſe: aliq̃ñ tñ domi nos cõtinemus tanq̃ aliquod officiũ magis neceſſariũ facturi:q̃ ad principẽ ire. laudat principis & humanitatẽ:& libertatẽ. Excuſati ſumus. ſemp credis nos domi fuiſſe honeſta rõne. Excuſandi. p aliũ. Præſtare ſibi. ꝑ ſe niti. Ac. quia ſcis ſingulos contendere ut te uideant. Voluptatis huius. conſpiciendi te. Fuga: ſecretum. quod Domitianus ſolebat maxime in albana uilla ubi multum temporis contere bat authores ſunt Tranqui. & Dion. Vaſtitas. ſolitudo ut Tiberius capreis. Remoramur. te detinemus. Immaniſſima bellua. crudeliſſimus Domitianus. imago cũ uituperatiõe. Propinquorum ſanguinẽ. Eutropius:conſobrinos ſuos Domitianus interfecit. nanq́ꝫ Flauiũ Sabinũ alterũ ex patruelibus occidit: q̃ eũ comitioꝶ cõſulariũ die deſtinatum: perperã præco nõ conſulem ad populũ: ſed imperatorẽ pronunciaſſet. Denicq́ꝫ Flauiũ Clæmentem alterum ex patruelibus contemptiſſimæ inertiæ:repente ex tenuiſſima ſuſpitiõe:quo maxime facto maturauit ſibi exitium. alii etiam ſcriptorum prodiderunt conualuiſſe famam Titum fratrem a Domitiano dolo necatum. ut Philoſtratus lib. vi. memorans lepore marino qui piſcis quoſdã humores occultos atq́ꝫ mortiferos habet de medio ſublatum:quod graue moleſtumq́ꝫ uideretur ſimul cum fratre imperare : quare dixerat Tito Apolonius caueret a propinquiſſimis. Tranqui. refert correptum graui ualitudine priuſquam plane animam eflaret pro mortuo deſeri iuſſiſſe. alii ægrorum ſed iam conualeſcentem abiici mandaſſe in arcam niue plenam: tanquam ad ualitudinis remedium opus eſſet celeri refrigeratione:ſicque interiiſſe.

Lamberet. tanquam fera tygris. Clariſſimorum ciuium. Iuuenalis ſatyra quarta. Atque utinam his potius nugis tota illa dediſſet Tempora ſæuitiæ: claras quibus abſtulit urbi illuſtres animas impune:& uindice nullo. Sed periit poſtquam cerdonibus eſſe timendus Cœperat : hoc nocuit lamiarum cæde madenti. Tacitus in uita Agricolæ. nõ uidit armis Domitiani clauſum ſenatum: & eadem ſtrage tot conſularium cædes: tot nobiliſſimarum fœminarum exilia & fugas. complures enim ſenatores : in his aliquot conſulares interemit:ex quibus Ciuicam Cerealem in ipſo Aſiæ proconſulatu. Saluidienum Orfitum:& Acilium Glabrionem:exilio puniuit. occidit Aelium Lamiam: Saluium Cocceanum : Metium Põpoſianum : Saluſtium Lucullum Britanniæ legatum. Iunium Ruſticum: Heluidium filium : Maternum declamatorem: poſt ciuilis belli uictoriam ſeuior : Xenophon de tyrannide memorat ſummos uiros:& uirtute præditos interfici a tyrannis:quia illos timeant:quam ſententiam tranſtulit ex Icetidibus Euripidis. Proferret. extenderet. Horror & minæ. denominatio qualis Virgil. in ſexto Veſtibulum ante ipſum primiſque in faucibus orci : Luctis & ultrices poſuere cubilia curæ : Pallenteſque habitant morbi:triſtiſque ſenectus. Et metus. eſt autem oratio in graui figura. Par metus. pariter timebant: quos hilari uultu ſuſcipiebat:ſicut quos truci:nam fuit non ſolum magnæ: ſed & calidæ inopinatæque ſeuitiæ. authorem ſummarum pridie q̃ crucifigeret in cubiculum uocauit:aſſidere in toro iuxta coegit: hilaremque dimiſit:partibus etiam de cœna dignatus eſt. & Aretinum Clæmentem capitis condemnaturus in eadem uel etiam maiore gratia habuit : quo ad nouiſſime ſimul geſtanti conſpecto delatore eius:uis inquit hunc nequiſſimum cras audiamus? unde Iuue. ſatyra quarta pallorem dixit magnæ : & miſeræ amiciciæ. amicos Domitiani deſignans:qui non bene crederent blandiciis illius pernicioſis. Ad hæc. præterea. Ipſe. Domitianus. Viſu terribilis conuenit Tacitus in uita Agricolæ cum Secundo ubi de Domitiano ſcribens cum inquit denotãdis tot hominum palloribus ſufficeret ſæuus ille uultus & rubor:quo ſe contra pudorem muniebat. Ira in oculis. quod etiam in eius numiſmate monſtratur quare Philoſtratus libro ſeptimo loquitur Domitianus ſuperbe etiã ſi placide manſueteq́ꝫ loqui uoluerit:ſupercilia uero oculis ſuperiacent:genæ autẽ bile refertæ ſunt:idq́ꝫ in conſpicuũ maxime eſt:ſunt .n. naturæ uicia:ſemperq́ꝫ eodẽ modo ſeſe hñtia. nã ſi Dioni credimus erat audax:iracundus:inſidiator:

fœmineus pallor ĩ corpore: ĩ ore ĩpudẽtia multo rubore suffusa. nõ adire q̃sq̃: nõ alloq audebat tenebras semp̱: secretũq; captantẽ: nec unq̃ ex solitudine sua ꝓdeuntẽ: nisi ut solitudinẽ faceret: ille tñ q̃bus sibi parietibus: & muris salutẽ suã tueri uidebat: dolũ secũ: & insidias: & ultorẽ scelerꝫ deũ ĩclusit. dimouit: perfregitq; custodias pœna

dissimulator. memorãt Tacitus & Tranqui. fuisse ira præcipitẽ: & quo obscuriore: eo irreuocabiliore. ꝑ oculos ãt maxie animus emanat: ut citra motũ quoq;: & hilaritate enitescãt: & tristiciæ quoddã nubilũ ducant: quin ẽt lacrymas his natura mentis indices dedit: q̃ aut erũpunt dolore: aut lætitia manant: motu uero intenti remissi: supbi: totui: mites: asperi fiũt. fuit. n. grandibus oculis: sed acie hebetiore. Fœmineus. mollis. ĩpudicus. Multo rubore. uultu ruboris pleno: q̃d refert Tranq. & libro. xx. Tacitus ignotis inq̃t adhuc moribus crebra oris cõfusio ꝓ modestia accipiebaꝰ. Secretũ captantẽ. inter initia principatus secretũ sibi horarium sumere solebat: nec quicq̃ ampliꝰ q̃ muscas captare: ac stilo præacuto cõfigere: ut cuidã interroganti esset ne quis itus: nõ absurde rñsum sit a Vibio crispo: ne musca quidẽ: & nec nisi secreto atq; solus plærasq; custodias receptis quidẽ in manu cathenis audiebat authores sunt Trãqui. Dion: Eusebius in Chronicis. Xenophon mala tyrannorũ cõmemorãs ait: timeo celebritatẽ hominũ: timeo solitudinẽ: timeo incustoditos adiꝰ: timeo ipsos custodes: neq; inermes illos hr̃e uellẽ circa latus: neq; armatis multũ confido. Solitudine. secreto. Solitudinẽ. cædẽ. uastationẽ. traductio color. Parietibus. tp̱e suspectæ sibi cædis appropinquãte solicitior in dies: porticuũ in q̃bus spaciari cõsueuerat: parietes phengite lapide distinxit: e cuius splẽdore p̱ imagines q̃cquid a tergo fieret: puideret. Dolũ & insidias. interfecerat Domitianus clæmẽtẽ uirũ consularẽ: cui ꝓpriã sororẽ matrimonio desponderat. palã ẽt dixerat post tertiã quartãue diẽ ipsam quoq; ad uirũ esse ꝓfecturã. Stephanus igiꝰ Domicillæ libertus: cuius nomẽ coronã quandã Iridi similẽ circa solẽ & radios eius ac lumẽ obscurãtẽ significabat: siue ꝓ interfecto Clæmẽte cogitãs: siue oium romanoꝝ cõditionẽ miseratus: siue sibi metuens q̃d erat intercœptaꝝ pecuniaꝝ reus: tyrãnũ iterficere aggressus ẽ adiuuãtibus amicis: & libertis intimis cõspiratiõe ẽt Parthenii cubicularis: & Saturii decuriõis cubiculariorꝫ nec nõ Entelli a libellis: Clodii Cornicularii: & Maximi Parthenii liberti: neq; cõiuratiõis exp̱s uxor eius Domitia fuit: neq; p̃torii p̃fectus Norbanꝰ: neq; collega eiꝰ Petroniꝰ. nã Domitia illi iussa mortẽ sibi uerebaꝰ: & alii nõ ulteriꝰ Domitiãi scelera ferre poterãt: quos oẽs dr̃ suspectos habuisse: & p̱dere destinasse: & eorũ noia delata ĩ scriptis habuisse iuxta ceruical: q̃ puerulũ ĩprudẽter sublata Domitiæ legẽda porrexisset: ea reis exposita necẽ maturare fecerũt. Stephanus igiꝰ cõsiliũ operãq; obtulit: ac sinistro brachio uelut ægro lanis fasciisq; p̱ aliquot dies ad auertẽdã suspitionẽ obuoluto ibiq; breuem gladiũ tegẽs: ad ipsã horã dolũ iteriecit: ꝓfessusq; cõspiratiõis idiciũ: & ob hoc a Parthenio tãq̃ cæteris robustior admissus: legenti traditũ a se libellũ: & attonito suffodit inguina: nõ tñ lætaliter sauciũ ac repugnantẽ adorti Clodius: & Maximus: & Saturius. & q̃dã e gladiatorio ludo uulneribus septẽ cõtrucidarũt. Philostratus lib. viii. testaꝰ Stephanũ Domitião redeunti a foro obuiã ꝓcessisse: & rogasse secretũ tanq̃ magna & admirabilia detecturũ. q̃re i porticũ: q̃ regiæ adiacebat deductũ: dixisseq; nõ ẽ mortuꝰ ut arbitraris inimicissimus tibi clæmẽs: sed uiuit adhuc: egoq; id optime scio: & ipse ẽq nũc aduersus te irruit: clamãtis autẽ iperatoris & ob ea q̃ audierat perturbati Stephanũ ab alligato brachio gladiũ educentẽ fœmur ꝑfodisse uulnere quidẽ ad subitã mortẽ inferendã nõ sufficiẽti: sed q̃d diutius cruciatũ extinguere tandẽ posset cũ nullis medicamentis esset curabile. at Domitianũ ætate adhuc integra: & corpore robusto minime cõcidisse: sed arepto Stephano superincũbentẽ eruere oculos enixũ: & faciẽ aureo calice: q̃ forte sacroꝝ cã astabat pertudisse. Palladẽ ut sibi ferret auxiliũ inuocantẽ. nõ omittã q̃ a græcis tradiꝰ Apolloniũ Tyaneũ pythagoricũ philosophũ magicæ peritissimũ tũc Ephesi multis disserentẽ auditoribus: cũ Domitianus cõfossus fuit: per aliquod tẽporis spaciũ stetisse attonitũ: deide exclamasse. Euge Stephane: pulchre Stephane: percute scœlestũ: ꝑcussisti uulnerasti. interfecisti. Vltorẽ scelerꝫ deum. Iouẽ: nã Mineruã: quam superstitiose colebat: somniauit excedere sacrario: negantem se ultra tueri eũ posse: q̃d exarmata esset a Ioue: nã prætar Tranqui. Dion inquit Domitianus in insomniis uidit Palladẽ: cuius effigiẽ in cubiculo habebat arma exuentẽ: & in curru equoꝝ atratorũ decidentẽ in baratrũ. uidit etiã per quietẽ Rusticũ accedentẽ ad se cum ense possemus ultorẽ scelerũ deum: interpretari Nemesim: quæ diuina iusticia dicitur: ea nanq; petulantes: & superbos ulciscitur. Custodias. carceremꝫ angustos aditus. ipsos custodes: & ministros: Vir. cernis custodia qualis Vestibulo sedeat. sic custodelam dicebant antiqui Festo tradente custodiã: quæ scilicet custodit: in quẽ sensum plærũq; annotauimꝰ Apuleiũ possuisse: interdũ pro ipso carcere & ergastulo. Columella. xii. itaq; mancipia uincta: quæ sunt ergastuli: per nomina quotidie citare debebit: atq; explorare. ut sint cõpedibus diligenter inexa. tũ etiã custodiæ sedes an tuta: & recte munita sit. Celsus de accusationibus homo qui ex custodia producitur: plærunq; pro carcerariis: & inclusis. Modestinus de publicis iudiciis custodias auditurus: tam clarissimos uiros quam patronos causarum adibere debet: & feriatis diebus custodias audiri posse rescriptum est.

Domitiãi mors.

Custodia.

A ii

anguſtoſq; ꝑ aditus:& obſtructos nõ ſecus ac per apertas fores:& iuitãtia limĩa irrupit:lõgeq; tũc illi diuinitas ſua:lõge archana illa cubilia:ſæuiq; ſeceſſus:ĩ quos timore:& ſupbia: & odio hoĩum agebaẽ. Quãto nũc tutior: quãto ſecurior eadẽ domus: poſtq̃ nõ crudelitatis: ſed amoris excubiis:nõ ſolitudĩe:& clauſtris defẽdiẽ: & qd ergo nõ diſcimus experimẽto fidiſſimã eſſe cuſtodiam principis ipſius innocẽtiã? hæc arx ĩacceſſa:hoc inexpugnabile munimentũ munimẽto nõ egere. fruſtra ſe terrore ſuccixerit:q ſeptus charitate nõ fuerit. armis.n. arma irritanẽ. Nũ aũt ſerias tm̃ ptes dieꝶ in oculis noſtris cœtuq; cõſumis? num remiſſiõibus tuis eadẽ frequẽtia:eadẽq; illa ſocialitas ĩtereſt? nũ tibi ſemp in medio cibus? ſp menſa cõmunis? nũ ex cõuictu nr̃o mutua uoluptas? nũ ꝓuocas:reddiſq; ſermones? num ipſum tẽpus epularũ tuarũ:cũ frugalitas contrahat: extendit humanitas. Nõ enim ante mediũ diem diſtentus

etiam in numero unius dicitur:ut ne quis receptam cuſtodiã ſine cauſa dimittat: ĩ numero tñ plurium frequentius:ut plæruq; cuſtodias recœptis quidẽ in manu cathenis audiebat:itẽ Caius cuſtodiaꝶ ſeriẽ
Cuſtoditio recognoſcens:cuſtoditio uero ẽ opera ad cuſtodiendũ aliqd ſumpta. Anguſtos.difficiles a cuſtodibus obſeſſos. Obſtructos.munitos:ſeptos. Inuitãtia incuſtodita. Tunc.cũ obtruncatus eſt. Diuinitas ſua.ſume extrinſecus erat.nã ſe deũ:& dici:& credi uoluit: quin etiã filius Palladis authore Philoſtrato uocabatur.Longe.quia nõ fuerunt arcana: in quæ multi infeſtis mucronibus irrupere. Sæui ſeceſſus. nã ibi ſtruebat necẽ innocentibus uñ non multo poſt Secũd⁹ alii intra cubicula ſua illis ipſis cõſulibus: qbus cõſules renunciabanẽ:exilia: & cædẽ machinabãẽ. ſolebat aũt Domitian⁹ ad horã ſomni nihil aliud q̃ ſecreto ſol⁹ ambulare. Timore.res uera eſt authore Seneca ut q a multis timeẽ multos timeat. Superbia. caput eſt apud Tranqui.de elatiõe:& eius uanagloria: & Eutropius memorat ĩ eo ſuperbiã execra-
Excubiæ. bilẽ extitiſſe. Eadẽ domus.palatiũ. Ex-
Vigiliæ. cubiis.uigiliis tã nocturnis q̃ diurnis:ſicut uigiliæ tm̃ nocturnæ ſunt. Vegeti⁹ libro iii. quaterni pedites: qui noctibus excubitum faciunt:eliguntur:quem locũ ad uerbum Modeſtus trãſcripſit: & iam.ii. libro Vegetius dixerat:quotidianas etiam uigilias in pace:item excubitũ uiciſſim milites faciũt:ubi excubitũ utrobiq; excubias ſignificat. Solitudine.loco ſecreto.contentio color. Cuſtodiã. quæ cuſtodit.Calliſtratus:quoties quis cuſtodiam militũ euaſerit. Arx.munimentũ.tutela:propugnaculum:ſnia. Munimẽto.traductio. Terrore.cuſtodibus armatis. Nũ. interrogatio grauis. Serias partes dierũ. horas diei circa res ſerias & graues.ſeriũ.n.triſte & ſine riſu dixit antiquitas. In oculis noſtris. in cõſpectu ciuiũ: ſed maxime ſenatorũ.contra dãnaẽ Caius:qd in conſpectu eius prandentis uel cõmeſantis ſæpe ſeriæ quæſtiones p tormẽta habereneẽ: cum miles decolãdi artifex quibuſcunq; e cuſtodia capita amputabat.

